Et 1.a op.o asserit quod et voluntas non possit physice praedeterminari salva ejus libertate, tamen quotiescumque operatur est ita inclinata ut dicatur moraliter praedeterminata ad operandum, et quotiescumque non operatur est etiam ita inclinata, ut dicatur moraliter praedeterminata ad non operandum quamvis semper ipsa se physice determinet ad operandum vel non operandum. Hanc tenent P. Gab. Vasq. in commentariis ad 1. p. d. Th. disp. 67. 88. 91. et 98. et aliqui alii Theol. neoterici. Quam sic explicant et simul probant, ex hoc principio physico quia voluntas semper operatur circa obiectum quod sibi proponitur tamquam majus bonum, ita ut si ab intellectu proponantur duo bona incompossibilia semper voluntas sequatur quod tamquam majus illi repraesentatur attentis omnibus circumstantiis, si vero unum dumtaxat repraesentatur semper eos illud sequitur nisi repraesentetur tamquam melius illud non sequi, aut contra illud non operari, nam tunc aut tale

bonum fugiet aut cum illud non operabitur, si denique oro representet utrumque æquale habebit et consequenter neutrum operabitur voluntas. Quæ omnia colligunt ex D. Tho. 1.2. q. 13. a. 6. arg. 3. adjuncta solutione.

Ex quibus consequenter inferunt 1.º quod quotiescumque proponitur voluntati per illuminationem supernaturalem conversio ad Deum tanquam majus bonum quam non conversio seu quam remanere in peccato mortali, toties reipsa voluntas convertitur cum auxilio supernaturali concomitante, quoties vero non convertitur, aut aliquod aliud bonum incompossibile conversioni representatur tanquam majus bonum quam conversio toties non convertitur. Et si ab istis Theologis petas in quo cernatur libertas et indifferentia voluntatis, si verum est quod semper illa sit determinata ad sequendum majus bonum quod sit ab intellectu propositum. Respondent consistere in eo quod potest illud non sequi, et ideo dicitur physice indeterminata et libera, quamvis hæc potentia numquam reducatur re ipsa ad actum, supposita illa representatione, et ideo dicitur voluntas moraliter prædeterminata et necessitata in ordine ad tale objectum, sicut enim (dicunt) homo non potest moraliter evitare omnia peccata venialia collective quamvis physice posset, et ideo dicatur liber in ordine ad illa evitanda, sicut et confirmati in gratia, v.g. Apostoli poterant physice peccare, et in peccato mori, non tamen moraliter suppositis auxiliis gratiæ et extrinseca Dei protectione.

2.º hinc inferunt distinctionem auxilii prævenientis in sufficiens et efficax nam auxilium sufficiens vocant illud cum quo re ipsa voluntas potest converti sed numquam convertetur quia conversio non representatur hic et nunc tanquam majus bonum, auxilium vero efficax vocant illud cum quo re ipsa voluntas convertetur quia conversio representatur voluntati per illustrationem tanquam majus bonum quamvis posita etiam hac representatione posset non converti.

3.º inferunt quod hæc representatio majoris boni, et proinde ratio auxilii efficacis non semper sumatur ex majori intensione et perfectione vocationis, sed etiam ex multis circumstantiis extrinsecis, v.g. ex eo quod intellectus non nimium advertat ad bona dellectabilia et incompossibilia cum conversione, et ex ablatione multorum impedimentorum, quæ intus et extra interdum solent adesse quando homo vocatur a Deo.

4.º inferunt ex duobus vocatis æqualiter et per omnia intrinseca et extrinseca æqualiter se habentibus, posse interdum contingere ut unus convertatur et alius non, numquam tamen ita continget. Ratio autem est quia si attentis omnibus circumstantiis utrique representetur conversio tanquam majus bonum, uterque re ipsa converteretur quamvis quilibet illorum posset non converti, si vero representetur ut minus bonum neuter converteretur quamvis quilibet illorum posset converti. Addunt tamen quod etiam si vocatio

snalis, et quodcumque aliud auxilium phicum snale praeveniens sit omnino aequale interdum. ex de facto continget unum convertat. et alius n pp extrinsecas circumstantias quae adsunt. & absunt in illo, qui convertit. et n in alio.

Ab hac opinione parum differt 2a quam sequunt. Staplectonius lib. 4. de gra et libero arbo c. 8. et quamplures alij Theol. praecipue ex Thom. admittenes totam hanc doctm solum in orde ad opera gre, de quibus in praesenti sermo est. et n in orde ad reliqua opera entitatis nalis. unde consequenter distinguunt 2em gram praevenientem, alteram sufficientem cum qua numquam convertit homo quamvis posset converti, + cum qua semp convertit quamvis posset n converti, et ulterius distinguunt dupplicem necessitatem in volte in orde ad conversionem provenientem a gra praeveniente, alteram phicam, alteram moralem, phica e illa quae sic praedeterminat voluntm in orde ad suersm ut nullo mo possit illam n ellicere, quo mo tenet probabilior opinio Theol ex supple visionis beatae sic praedeterminari voluntm ad amorem dei ut nullo m possit illum n ellicere. moralis vo est illa quae sic pdeterminat volumtm ad suersm ut semp cum tali praemo orde convertat. quamvis re ipsa possit n converti, et haec dici solet necessitas moralis seu infallibilitas ad suersm quae n tollit indiffm phicam et libertm, modes vo phca inducit omnimodam necessitm et nullam relinquit indiffm ac proinde vol tollit libertm

+ alteram efficacem

et ex his consequm dicunt cum gra efficaci praeveniente hm necrio moraliter seu infallibiliter converti non tamen necrio phice, gra vo praevia et sufficienti necrio moraliter seu infallibiliter n converti, n tamen necrio phice quia revera poterat homo converti, et existimant hanc ee mentem D Th. qui 1. 2. q. 9. a. 6. ad 3. postquam dixit voluntm esse quae se determinat in orde ad actus entitatis nalis addit interdum Deus specialiter movet aliquos ad aliquid determinate volendum, sicut in his quos movet p gram. et q. 112. a. 3. docet praeparatm ad gram sm quod e a deo movente habere necessitm ad id ad quod ordinat a deo n quidem coactis sed infallibilitis. et post pauca si ex intentione (inquit) dei moventis est quod homo, cujus cor movet gram consequat infallibiliter ipsam consequit.

Caeterum Theol. qui istam opm sequunt n nihil inter se dissentiunt nam quidam illorum dicunt efficaciam grae praevenientis n necessario exigere majorem intensm et effectm intrinsm + sed interdum sumi ab extrinsecis circumstantijs quibus suppis infallibe e hm ee convertendum cum tali mote snali et in hoc eis conveniunt cum Theol praecedentis opis. Alij vo ut magis faveant

gratia suavi dei determinatione sumendam esse à majori perfectione intrinseca gratiae praeveni-
entis, ita ut si illa detur in quibuscumque circumstantijs sit etiam infallibiliter et mo-
raliter necessarium hominem esse convertendum. et de hac praedeterminatione morali et infal-
libilitate seu necessitate morali quidam Theol. explicant sententiam PP. D.
Vasquez et F. Curiel, non vero de necessitate physica.

Sed quamvis qualibet istarum opinionum non sit improbabilis et sufficienter
salvet libertatem humanorum actuum, ut verum tamen fatear nulla illarum
mihi umquam visa fuit vera. nam primo omnes illae huc tendunt ut deo tri-
buatur conversionem et dei gratiae potius quam libero arbitrio. Sed certe si
quae est in hoc difficultas adhuc contra citatas opiniones manet integra, nam juxta
illas omnes voluntas est quae cum posset non se determinare, adhuc se phy-
sice determinat, cur ergo haec determinatio physica tribuitur voluntati potius quam deo
cum ab utroque dependeat ipsa conversio. Quare ut hanc difficultatem fugerent
P. d. Vasq. et P. F. Curiel excogitarunt illam physicam praedeterminationem
nec contenti fuerunt cum morali praedeterminatione et indifferentia physica, et propterea
dixit Curiel. 1. 2. q. 111. a. 2. dub. 2 Verumtamen advertat Catholicus
lector quod non satis sit difficultati propositae si quis dicat deum non praede-
terminare efficaciter physice arbitrium nostrum, sed solum moraliter osten-
dendo in obiecto majorem vel minorem bonitatem vel aliquid ratione cujus arbi-
trium moveatur et determinetur magis adhuc quam ad illud etc. Quare sine
ullo probabili fundamento hij Theol. adhibent inter praedeterminationem
moralem vero physicae, cum ipsi ex professo inducant physicam et negent
moralem. —

2o quia illud principium physicum quod desumitur tamquam fundamentum istius opinionis
ad inducendam praedeterminationem moralem in ordine ad omnes actus liberos
est falsum, et à me latè impugnatum lib. de actu peccati dub. 25.
q. 1. et nunc breviter. Probatur quia deus elegit creare in hoc instanti mun-
dum istum visibilem, cum tamen non esset major ratio bonitatis creare illum in
isto quam in alio, et ex infinitis caelis quos cognovit omnino aequales
in perfectione et bonitate elegit creare potius istum quam aliud, et eodem modo
interdum de facto contingit in voluntate libera creata, nam ille modus
eligendi semper meliora, et suspendendi actum circa obiecta aequalia, non conve-
nit illi quatenus voluntas libera est, quia non convenit etiam voluntati divinae,
neque vero quatenus voluntas creata est quia non est unde conveniat talis modus eligen-
di propter limitationem voluntatis creatae.

2° P. efficatius quia h.o saepe cognoscat bonū delectab.le nō n. s.tu
& incompossib.le cum bonō honesto q. e.z cognoscat, & t.n simul judi-
cans bonum honestum ei sibi melius omnibus pensatis adhuc eligit
delectab.le g.o interdum h.o e.z int.a duo bona incompossib.a eligit
minus bonum. Ant. huic arg.o qui 2.am opin.m sequunt. eum
qui peccat semp. habere judicium q.dam pract.m quo judicat sibi melius
hic et nunc bonum delectab.le quam honestum quamvis judicium
hoc sit falsum. s.m illud eve proverbium ab Ar. inductum lib. 3.
Ethic. c. 3. et receptum in morali ph.ia et Theol. omnis peccans est
ignorans, aut errans, sed certe qui haberet tale judicium pract.m non
solum haberet vulgarem aliquam ignor.m aut errorem in sc.ia, sed in
fide, et ideo omnis peccans esset haereticus, quia in illo judicio formaliter
vel saltem virtualiter includitur istud. melius e mihi hic & nunc peccare
sequendo bonum delectab.le quam n. peccare seq.do honestum, cujus
oppositum clamat tota sc.ptura & lumen n.ae. Addo e.z h.es doctos
quando peccant manifeste in se experiri oppositum, cognoscunt. n.
melius e.e e.z sibi bonum honestum quod reperit. in observat.e mandatorum
Dei quam delectabile cui annexa e violatio alicujus p.cepti, & tamen
pro sua libert.e eligunt delectabile, qua rone existimo h.m posse, & inter-
dum contingere peccare sine ulla intell.s ignor.a prava, ut bene ad hoc in-
tentum prosequitur Argent.a 2. d. 25. q. 1. a. 2 & Corduba lib. 2. q. 12. a. 13.
et ipse dixit Isidorus lib. 2. sent. c. 17. triplex e pecc.m s. ex ignor.a
ex infirmitate, et ex industria, seu ex certa sc.ia. i. malitia, et Aug.
n. semel dicit Salomonem peccasse ex certa sc.ia cognoscendo malum
quod eligebat, et certum e in Theol. quod pecc.m Angelorum & primi parentis
nulla praecesserit ignor.a et ideo Ar. 6. ethic. c. 13. reprobat opinionem
socratis dicentis quod 2.a 2 sciam n. contingit operari. & subdit Socratem
in hoc 2.a rationem pugnare, & dubitare de manifeste apparentibus. & lib.
7. c. 14. hominem divinum. i. ingeniosum, & scientem interdum esse
incontinentem. addit tamen ibidem, h.m prudentem n. e incontinentem
quod intellige quia prud.a n. solum importat habitum & actum sc.ae
quo homo practice judicat quid sit melius hic & nunc & omnibus pen-
satis eligere, sed e.z connotat rectam electionem volunt.is quare
quamvis p.cedat illud judicium si tamen voluntas eligat pro sua libert.e
quod judicat minus bonum, homo n. dicit. prudens in hac operatione
sed imprudens, imo tunc dicit. practice errare, tum quia ipsum peccatum

e error volunt^is q[uatenu]s deviat a recta regula ro[ti]onis, tum etiam quia perinde ho[mo] operat[ur] ac si v[ere] haberet judicium d[ictamen]um practicum falsum et erroneum. et juxta hæc intelligendus e[st] Ph[ilosophu]s cum dixit, omnis peccans e[st] ignorans, aut errans.

Dices fortasse, saltem quoties homo peccat invenire majorem aliquam rationem boni delectabilis, aut temporaliter utilis in obo peccati, quæ non reperit[ur] in obo honesto incompossibili quod relinquit, et ideo semp[er] eum qui peccat, sequi excessum in aliqua ratione bonitatis objecti. R. ita esse imo addo hanc rationem boni delectabilis, aut temporaliter utilis esse majus bonum omnibus pensatis in ord[in]e ad appetitum sensitivum. l. etiam in ordine ad voluntatem, ut nat[ur]a quædam est. sed hinc n[on] lt inferre q[uod] tale bonum sit majus et melius omnibus pensatis respectu op[er]antis, quam sit bonum honestum illi incompossibile, imo q[uamvis] e[st] majus bonum ut delectabile et temporaliter utile, et respectu appetitus, aut volunt[at]is ut na[tur]a e[st], est minus bonum absolute, et omnibus pensatis; quia o[mni]b[us] pensatis præfertur per rationem rectam bonum honestum bono delectabili, et temporaliter utile.

Sed ut semel concludam quod attinet ad hoc p[ri]mum not[abi]le desumtum tamquam fundam[entu]m d[ict]æ opinionis. Adverto mihi esse probabilius q[uod] cum duo bona sunt diversæ rationis et incompossibilia interdum voluntas seq[uitu]r minus bonum, quia in illo invenit[ur] aliqua r[ati]o bonitatis, quam hic, et nunc vult sequi, et quæ n[on] reperit[ur] in alio, et in ord[in]e ad hæc bona existimo illud principium esse o[mni]o falsum, ut hactenus probatum e[st]. cæterum si bona sunt ejusdem rationis, et unum e[st] melius alio existimo v[er]um esse illud fundamentum quod . s. semp[er] homo elligat majus bonum . v. g. si proponant[ur] duo bona ejusdem rationis delectabilia, et moveat[ur] ad eligendum p[ro]p[ter] delectationem semp[er] eliget magis delectabile, quia in illo reperit[ur] plus de ratione formali bonitatis, quam affectat, sed in hoc sensu nihil potest ad rrum propositu[m] deduci ex illa p[ro]posit[ion]e fundamentali. Quod si denique bona sint ejusdem rationis, et p[er] o[mni]a æqualia, tunc voluntas pro sua libert[at]e eliget unu[m] relicto alio, nec D. Th. oppositum docet in illo loco cit[at]o, nam in illo arg[umen]to 3. sibi opposuit esse omnino impossibile quod voluntas eligat int[er] duo bona o[mni]o æqualia, et R[espo]nd[e]t n[on] esse inconveniens ut in uno illorum proponat[ur] aliqua circumst[anti]a ratione cujus habeat majorem rationem boni, et sic eligat, quo m[od]o facile solvit intentum argum[en]ti, sed n[on] p[ro]p[ter] ea concedit esse omnino impossibile quod voluntas eligat int[er] duo bona o[mni]o æqualia, aliter procederet ex authoritas D. Th. d[oc]tor qui eam inducunt, quod si hoc n[on] e[st] impossibile, n[on] licet ex colligere ex eadem doct[rin]a D. Thomæ, hoc q[uod] e[st] possib[il]e interdum n[on] accidere.

quia de hoc reg. 2 hum. ibi disputas. D. Th.

3. ex his impugnari possunt praecedentes opin.les in ord.e ad opa grae seu ad convers.n nam per illuminat.ee ex parte intell. n. solum finalis proponit. conversio tanq. bonum honestum, sed tanquam majus bonum omnibus pensatis quam remanere in pecc.o, et per inspirat.ee afficit. voluntas in ord.e ad tale bonum, hi n. solum potest voluntas eligere, et elicere conversionem adjuta concursu finali dei concomitante, sed etiam interdum eliget quatenus illuminat.ee et inspirat.ee sint valde remissae, et inducant. suppositis circumstantijs extrinsecis, nisi forte istae sint tantae et tam vehementes incitantes ad malum, et retinentes h.m in pecc.o, ut moraliter sit certum illum permansurum in pecc.o quod rarissime continget. Quare insufficienter ex ho dicto principio simil. d.o auxilij sufficientis, et efficax. Quamvis negandum n. sit interdum dei gram praevenientem sic ee habundantem intuitu aut in talibus c.cstantijs conferri, ut moraliter sit certum hominem ee convertendum, id que ex vi grae praevenientis per se tm, sive etiam simul cum c.cstantijs praecedentibus conversionem, et sic deus in ca libera hoc m.o praedeterminata posset praecognoscere effectum futurum, sed hoc rarissime continget, ut late disputavi ad 1.m p. D. Th. q. 14. dub. 5. et tota q. 19. et commodius demonstrabo j.a cap. sequenti et ideo saepe voluntas re ipsa operat. et convertit. cum auxilijs quae s. per se. s. etiam attentis c.cstantijs illam n. flectunt et moraliter determinant ad convers.n et saepe n. operat. cum auxilijs quibus n. e. infallibile moraliter illam n. operaturam. Quare male ex eodem prio educit. q. s. ex duobus aequaliter vocatis aut tentatis, et per omnia aequaliter se habentibus, unus posset consentire vocat. aut tentat. succumbere, et alius n., id tamen nunq. continget, cujus oppositum expresse docuit Aug. lib. 12. de Civ. c. 6. dicens. Si aliqui duo aequaliter affecti aio, et corpore videant unius corporis pulcritud.m qua visa unus eorum ad illicite fruendum moveat., alter in volunt.e pudica stabilis perseveret, si eadem tentat.e ambo tentent., et unus ei cedat atq. consentiat alter s. idem qui fuerat perseveret, quid aliud apparet nisi unum voluisse e alium noluisse a castit.e discedere etc.a. Et c.a hoc testimonium animadverto Aug.m n. agere de pot.a horum duorum hominum, qua uterq. poterat succumbere tentat. aut eidem resistere, sed de hac qua unus succubuit, alter s. restitit, cum tamen ante actum ex professo constituerit illos aequales aio et corp.e et in omnibus alijs c.cstantijs extrinsecis quas ibi longo serm.e enumerat. et tandem concludit n. posse in his assignari aliam cam determinantem ad consensum illicitum. s. dissensum studiosum nisi meram

liberum ratione cujus unus se determinavit ad consentiendum, alter ad resistendum, nisi forte Theol. eis malitiae aut insufficientiae arguant Aug.m qui ex professo aut ex ignorantia subtraxit aliquam circumstantiam quae reperitur in uno et non in alio, cum tamen illos inducat per omnia aequales sed de hoc latius dicet. 1a. c. 16.

4o Hoc ipsum S. exemplo Angelorum ex quibus plures ceciderunt qui habebant multo majorem gratiam habitualem quam illi qui in gratia perstiterunt et restiterunt tentationi, ac proinde majorem protectionem dei extrinsecam proportionatam gratiae habituali, quae illi debet ex sui lege, et juxta rectam rationem, qua docemur majorem protectionem et paternam providentiam debere elucere in iis qui carius filii sunt quam in aliis id quod sic ostendo ex duabus propositionibus a D. Th. traditis, et communiter receptis in Theol. ex quibus 1a est Deum contulisse Angelis gratiam juxta proportionem naturae, ita ut quo quis creatus est cum perfectiori natura eo creatus fuerit cum perfectiori gratia. 2a est plures ex his qui ceciderunt fuisse perfectiores in natura, et altioris ordinis, quam fuerunt multi ex his qui in gratia persistiterunt. Ergo non semper qui bene simpliciter operatur vel etiam male naturaliter et moraliter determinatus ad bene operandum ex vi gratiae, aut ad non operandum vel male operandum ex defectu illius, sed cum indifferentia etiam morali interdum bene, interdum etiam male operatur. Neque licet confugere ad circumstantias intrinsecas vel extrinsecas, nam eadem fuit omnium tentatio cavendi, et occasio persistendi, et in eodem instanti omnibus oblata, et nullus illorum habebat appetitum sensitivum, a quo alliceretur ad pravum consensum, et voluntas et intellectus in omnibus illis erat bene ordinata, et eo melius quo quilibet illorum perfectior in naturalibus erat. Unde ergo potuit provenire quod aliqui ex perfectioribus laberentur, alii vero restiterunt, nisi a voluntate in omnibus illis moraliter etiam indeterminata.

5. denique quia non est credibile de paterna dei providentia quod permittat filios suos existentes in gratia tentari a Deo supra id quod possunt etiam moraliter ita ut ex vi tentationis et circumstantiarum infallibile sit quamvis non physice necessarium illos deserturos deum, juxta illa verba Pauli. 1. Cor. 10. fidelis est autem deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, quae ad minus intelligenda sunt de justis cum quibus ibi sermo erat, et justi qui supposita tentatione labuntur in peccato lethale non necessario labuntur, ex quo uberius infertur illos etiam supposita tentatione habuisse indifferentiam moralem ad resistendum cum actu simpliciter naturali elicito media gratia praeveniente et concomitante

ac proinde interdum sic resistere. ex quibus consequenter fit n͡ oẽs qui sup͡naturaliz operant. ẽe infallibiliz det.minatos ad hujusmĩ operaõẽ sup͡nalẽ neque omnes qui cum his auxilijs sup͡nalib; n͡ opant. fuisse infallibiliz det.minatos ad n͡ operandum.

Quæ omnia sic amplius declarari et p͡ possunt quia auxiliũ sup͡nale quod Deus confert in ordẽ ad conversionem. l. ad resistendum tentationibus n͡ solum debet ẽe phice, sed etiam moraliz sufficiens, aliter. n. frustra Deus hoĩes tam enixe hortaret. ut se converterent, aut tentationibus resisterent cũ rationabiliter possent credere ipsis n͡ conferri auxilia cum quib; possint de facto converti, sed cum quib; nullus sũm conversus ẽ. l. unq͡ convertet. ad Deũ aut restitit. l. resistet tentationibus, frustra q͡ ẽet exhortõ ad conversionẽ et ad n͡ peccandum, si dẽt cum auxilijs, quæ scirent n͡ posse moraliz converti aut n͡ peccare, sed potius orandus ẽet Deus ut illis conferret auxilia infallibilia, et si conferret, cessarent etiam hujusmĩ exhortatẽs, quia qui illa scit infallibiliter convertet., quare frustra ẽent exhortatẽs in ordẽ ad omnes tam convertendos quam n͡ convertendos, si necessũm moraliter et istos convertendos illos vero non. et certe hæc auxilia, quibus infallibiliz certum ẽ nullum sũm ẽe convertendum n͡ solum frustra darent. hominib; sed melius ẽet illa hẽre siquidem numq͡ deserviunt ad conversionem actualem et semp͡ deserviunt omnibus quib; dant. ut imputet. ad culpam quod n͡ respondeant Deo vocanti.

Concludo igr illa auxilia sabundã prævenientia quæ int.dum Deus ex speciali misericordia confert aliquibus ut infallibiliz convertant. n͡ ẽe necessaria etiam moraliz ad actualem conversionem, imo hanc interdum contingere cum auxilijs sup͡nalibus communibus, et quæ de lege ordinaria Deus omnibus confert quantum ẽ ex parte sua. Neque oppositum unquam docuit D. Th. nam. 1.2ᵉ q.9. a.6. ad 3. aperte loquit. de illis operationibus seu motionibus quas Deus in nobis opat. sine nobis, ex quibus quædam sunt actus voluntatis ad quos n͡ se det.minat voluntas, sed ad illos omnino necessitatur a Deo et quamvis procederet de motione sup͡nali ad volendum conversionem sup͡nalem evidens ẽ n͡ procedere de omni motione, alias oporteret dicere toties hominẽ converti quoties ad conversionem incitat. et movet. a Deo, cujus oppositum docent etiam illi Theol. qui utunt. hoc testimonio, et constat quotidiana experientia sed intelligendus et de aliqua, nempe de ea, quæ moraliz det.minat voluntatem ad conversionem. et propterea dixit D. Th. interdum Deus movet aliquos ad aliq͡ determinatẽ volendum. et addit, ut in his quos movet per gratiam; intellige, ut in his quos interdum

movet per gram. et juxta hac explicandum e 2m testimonium desumtum ex q. 11 Lat. addendum e ad pleniorem illius intelligentiam, q interdum Deus predeterminat convers. ex vi auxilij precedentis et moraliter flectentis voluntatem interdum v° n ita, sed ex supp. quod precognoscat convers. futuram si homo ab ipso vocet. in talibus circumstantijs cz vocat. coi snali, et utraq conversio e infallibilis, sed 1a ex vi auxilij sabundantis flectentis moraliz volunt. ad conversionem, quamvis nulla incederet suppositio, aut argt. diu. g. delminat. futuram voluntatis, alia v° n ex vi premotionis, sed ex supp. quod precognoscat voluntas a seipsa delminanda ad conversionem pro sua libert. et indiffa cz morali, si premoveat. a deo vocat. cz coi snali in hoc instanti potius q in alio, et Deus ipse sit paratus concurrere ad convers. volunt. cum auxilio snali concomitante, velit q illam premovere in illo inst., sed hac infallibilitas contingit cum omnimoda indiffa cz morali; ut commodius explicabo ja ad argta PP. D. Vañez et f. cumel.

Atque ex dictis in hoc cap. 3a 1m et 2m opinionem excludit quaedam alia 3a opinio, quam sustinent quidam alij juniores Theol. asserentes Deum semp delminare volunt. ad convers. n quidem p auxilium previum, seu vocationem, sed p auxilium concomitans snale, ita tamen ut a volunt. n tollat modum suum operandi liberum seu phce indelminatum, quamvis ab illo concursu simultaneo moraliter delminet. Quorum doctra sustineri n pot 1°. quia forte hic modus delminat. volunt. n e possibilis cum libert., nam q Deo ille ponit et intelligitur n pot n cisse delmin° volunt. ad convers., ac proinde n pot intelligi indiffa phca, q sic ostendo quia auxilium concomitans n e aliud quam ipsa actio conversionis ut procedens a deo, hac aut actio n pot ee a Deo nisi etiam omnino simul sit a volunt. q auxilium hoc concomitans dei n pot intelligi sine delminat. volunt. ac proinde n pot intelligi existens cum indiffa et libert. phca voluntatis, que proinde necco debet considerari prius saltem priori° nae quam intelligat. actio ad conversionem

2° quia esto talis modus delminat. volunt. ab auxilio concomitante cz cum indelminat. et libert. phca volunt. ee possibilis ut tenet probabilis opo n tn e necessarius, ad hoc ut voluntas convertat., nam cur n delminabr interdum voluntas ad convers.em supp. vocat.a snali et preparat. dei ad concurrendum simul cum illa cum auxilio snali concomitante siquidem nihil deest prerequisitum ad actualem convers.em, et hac proponat. n so tanq bonum, sed tanq magis bonum, et conveniens homini quam proponat. ipsum n converti.

3° denique quia si hæc stimulatio determinatio facta a deo induceat tamquam moralis necessaria ad conversionem, tunc frustra essent persuasiones ad ipsam conversionem, et potius esset orandus deus ut illam determinationem conferret, siquidem sine illa numquam contingeret conversio; et illa posita numquam contingeret non converti.

Ex dictis colligitur et explicatur modus quo Deus concurrit cum voluntate creata ad actum conversionis et quo modo cum gratia Dei stet libertas arbitrij. c. 14.

Ex dictis hactenus ex quibus constat vocationem finalem, quæ tamen prærequiritur ad conversionem finalem, et quæ sufficienter constituit voluntatem in actu primo ad ipsam conversionem elliciendum, neque umquam physice prædeterminare voluntatem ad ipsam conversionem, neque etiam semper ad illam prædeterminare moraliter, neque vero toties, quoties datur conversio finalis reipsa reperiri istam prædeterminationem et necessitatem moralem, sed interdum, imo sæpe contingere voluntatem etiam suppositam vocatione moraliter indifferente se determinare ad conversionem. Ut autem hoc amplius explicetur et intelligatur.

Præmittendum est hanc vocationem quæ est a solo deo non esse in omnibus vocatis semper æqualem, sed in aliquibus esse magis in alijs vero minus abundantem secundum quod deus in aliquibus magis, in alijs vero minus voluit ostendere divitias misericordiæ suæ, quamvis in omnibus sit sufficiens etiam moraliter ad actum 2.um, iuxta illa verba Pauli ad Eph. 4°. Unicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi circa quæ ait Hieronymus Spiritus sanctus immensus quidem est, et nullo fine concluditur tamen unicuique datur secundum quod expedit. id quod magis explicuit Christus D. in ea parabola quæ habetur Math. 25. in qua comparat Deum respectu suæ Ecclesiæ Patri respectu suæ familiæ, qui uni dedit quinque talenta alij duo, alii vero unum. idest. unicuique dedit gratiæ initiam iustificationis quamvis inæqualia, ut deinceps quilibet pro sua libertate cooperaretur acceptis. quæ omnia late tractat Aug. lib. 1. ad Simplicianum q. 2. et lib. de Correctione et gratia. c. 5. ubi tandem concludit. Quare isti sic, alij aliter, atque alij aliter, diversis et innumerabilibus modis vocentur et reformentur; absit ut dicamus judicium luti esse debere, sed figuli et alludit ad illa verba Ieremiæ. 18. quæ etiam ad hoc intentum adduci possunt, et quibus utitur Paul. ad Rom. 9. sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea domus Israel. et lib. 2. de peccatorum meritis et

et remiss. c. 5. Cur (inquit) deus illum tn̄, illū tn̄ n̄ tn̄ adjuvet, istū illo, illum isto m°, penes ipsum (s. deum) est, et aequitatis tam secreta ratio et excellentia potestatis —

Ex his igr̄ consequenter distinguendus ē 3ex gradus vocat.is ad convers.em 1 ē cōis, qui nulli denegat.r, et quo posito homo vocatus converti pot. si velit, et interdum forsam convertit. et de hoc vr̄ ēē sermo in Trid. ses. 6. c. 5. et can. 4 cum dicit hominem posse vocat.em abjicere, aut eidem consentire si velit. 2 ex perfectior n̄ dat. omnibus sed aliquibus, quod deus pro sua mīa vult vehementius incitare proponendo fortiora incitam.ta ad convers.em, ex qua frequentius solent hom.es persuaderi, quamvis int.dum resistant Deo vocanti; et forasse hujus ordinis fuerunt auxilia inter.a et exteriora quibus deus incitabat plures Judaeos ad credendum in X.m. Hoc n. vr̄ significare v.ba illa math. 11. caepit Jesus exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virt.es ejus quia n̄ egissent paenit.m (dicebat aut X) vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sydone factae ēēnt virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cinere et silicio paenitentiam egissent. et paulo inf.a si in Sodomis factae fuissent virtutes quae factae sunt in te etc.a quod clarius significavit deus Isai. 5. dum dixit. quid ē quod ultra debui facere vineae meae et n̄ feci, an quod expectavi ut faceret uvas et fecit labruscas. et c. 65. expandi manus meas tota die ad populum incredulum; et X D. math. 23. quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti. His n. v.bis significat. magnitudo et abund.a auxilios quae n̄ sunt omnibus data et quibus flecterent. flagitiosissimi S.m cum tn̄ eis restitesint Judaei. Atq ex his ss.a locis obiter collig.r omnes opin.es hactenus impugnatas neq ad actualem convers.m praerequiri aliquam mot.m phce flectenté volunt.m nec moraliter siquidem haec auxilia nec phce nec moralr flexerunt Judaeos cum quibus tamen re ipsa converterent. Tyrij, Sydonij imo et Sodomitae, multo pejus dispositi, et apti ad convers.m quam Judaei, ut commodius ponderabo inf.a c. 16.

3. et perfectissimus gradus ē qui dat. paucissimis hominibus, et quo posito ē moraliter certum hominem non restiturum deo vocanti, sed ēē convertendū quamvis re ipsa maneat in homine, adhuc illo posito, potentia phca ad resistendum sine qua conversio phca n̄ ēēt liberа et studiosa, et hoc genere vocat.is vocavit Magdalena, Matheū et Paulum, de quo dixit Aug.

lib. de gra et libero arbitrio c. 4. ut de celo uocaret. et tam magna et efficacissima uocat. converteret, gra dei erat sola. et lib. 1. ad Simplician. q. 2 una desuper (inquit) uocat. prostratus occurrente utique tali visso, quo mens illa et uoluntas refracta saevitia retorqueret. et corrigeret. ad fidē etc. Quod v.º hec vocatio n. abstulerit plicam indiffam quae necessa e ad libertatem, bene docuit Ansel. circa illa ũba matt. 6. fiat uoluntas tua, circa ad finem c. 9. et explicat Chrys. homil. 4. de laudibus Pauli fere in pricipio ubi postq. descripsit superabundantem uocatem, cui nullus erat durus corde resisteret, et qui moraliter certum erat Paulum consensurum, tandem concludit tu v.º hoc audiens, noli uocatem istam necessitatem putare, n. n. cogit deus uocando sed post vocationem quoque permittit eos propriarum ēē dominos uoluntatum.

Quae omnia sf. possunt hac breui rone nam quo homo plura, et uehementiora motiua hēt ex pte intellus. in ordē ad prosequendum aliquod objectum et plures complacentias seu affectēs ex parte uoluntis. g. idem obm, eo plus flectitr. et inclinatr. ad prosequutem illius g. Deus qui comprehendit omnium inclinatē, et vim rationum potest tam leues proponere ut maneat omnimoda indiffa. in uolunte. l. etiã fortiores, quibus magis flectat. ad consensum, et ut plurimum conuertatr. l. denique tam vehementes multiplicando motiua, et complacentias ut certum et infallibile sit, uoluntatem hominis conuertendam, quamuis possit reipsa resistere, praecipue cum hoc soleant interdum praestare rhetores, qui solum possunt exterius proferre ũba et praecipue demones p internas suggestiones, quom.º certum, et infallibile ut hominem flagitiosum per longum tempus tandem consensurum in pecm mte, nisi a Deo specialiter adjuvet. quamuis reipsa possit resistere tentationibus daemonis, sed cca. hec solent interrogare curiosi, an salua hac libertate possit deus certo et infallibiliter flectere uolunten in ordē ad aliquem actum determinatum cum omnibus suis ccstantijs, ita ut positis motiuis et incitamentis certum sit hmē conuertendum hic, et nunc, et cum tanta intensē actus, et mihi videt. pars affirmatiua probabilior propter rationem jam factam, nam si in uno instanti adhibeant. omnia incitamenta, et auercant. impedimenta ad uersem n. pōt manere rationabilis et moralis dubit.º de conuersē hominis in eodem instanti, et cum summa propensē ex pte uoluntatis praecipue cum praet. auxilium praevium possit etiã deus pro sua libertate accommodare concursū simulta:

neum ad tantam intensionem quantam ipse voluerit in conversione, sic n. v^r fuisse praedefinita conversio Angelor, cum omnibus circumstantijs, nam si (ut docet D. Th. et v^r omnes conformius) quilibet Angelor data est major vel minor portio gratiae justa perfectionem vel imperfectionem naturae cujuslibet, et dispositionis naturalis, certum est Deum sic incitasse quemlibet Angelor ad conversionem ut illa elliceret in 1° instanti creationis in quo voluit omnes illos justificare, et cum tanta determinata intensione quanta erat necessaria ad determinatum gradum gratiae, quem voluit conferre juxta determinatam perfectionem naturae cujuslibet, nam gratia quae datur per ordinem ad dispositionem commensuratur eidem dispositioni.

Nec video quid possit apparenter objici contra illam resolutionem; nisi forte quod in eo casu non esset in quo cerneretur libertas si omnia essent a Deo praedefinita, et certum est in eo certum quod voluntas non sit per auxilium praeveniens physice determinata ad conversionem sed solum moraliter, et cum hac 2° determinatione morali stat indeterminatio physica quae sufficit ad libertatem quatenus licet sit moraliter certum voluntatem non resisturam Deo vocanti sed ellicituram talem actum in hoc instanti et cum tanta intensione, non tamen hoc est physice necessarium, immo voluntas posset resistere si vellet juxta dicta c. praeced. sic n. m^o est moraliter certum et infallibile aliquem hominem existere in toto universo extra propriam domum, nec tamen hoc est physice necessarium. Unde consequenter dicendum est illam praedeterminationem dei non fuisse factam independenter a libertate. etc.

Atque ex dictis licet jam colligere ad nostrum propositum supposita quacumque dei vocatione voluntatem ipsam pro sua libertate se determinare ad actum 2^m s. ad conversionem quatenus libere convertit. cum tamen posset non converti etiam stante eadem suppositiva vocatione. Caeterum quamvis ipsa se determinet ad conversionem non tamen sola operatur et producit actum conversionis, sed simul cum Deo, qui ut m^o supposito semper concurrit simul cum causis 2^is ad suos effectus etiam liberos producendo illos, sic n. Isai. c. 26. dicitur omnia opera nostra operatus est in nobis Dominus et Paul. Acto. 17. non longe inquit est ab unoquoque nostrum. in ipso n. vivimus, movemur, et sumus, et propterea Ioan. 15. ait Christus. sine me nihil potestis facere. sed expressius id habetur Ioan. 5. ubi accusantibus Christum Iudaeis quod hominem in sabbato curasset ipse se ab hac calumnia purgavit dicens. Pater meus usque modo operatur et ego operor. ac si dixisset Ego et Pater unius sumus substantiae, voluntatis, et operationis, si ergo Patrem non accusatis qui semper et omnia etiam in sabbato operatur, quid me accusatis etc^a quae diba

bene ad hoc propositum ponderavit Cyril lib. 2. in Ioan. c. 133. Nazianz. oratione 36. Chrys. hom. 37. in Ioan. Aug. lib. 1. Genes. ad literam c. 20 et praecipue lib. 4. c. 12. et Hyeron. ep. ad Ctesiphontem et propterea dixit Euseb. lib. 6. de Praepar. c. 1. causa (inquit) omnium quae libertatis nostrae sunt, et quae naturae sunt Deus est, et Ansel lib. 1. de concord. praescientiae et praedestin. cum libero arbit. c. 1. facit (inquit) Deus omnia quae justa vel injusta sunt .i. opera bona, et mala, in bonis quidem facit quod sunt et quod bona sunt, in malis vero facit quod sunt, sed non quod mala sunt.

Ex quibus sequitur dominum esse ex Deo et voluntate constare unum agens totale productivum illius actus conversionis supernaturalis in ordine ad quem voluntas subordinatur Deo tanquam instrumentum principali agenti. Ut autem hoc plenius intelligatur adverto quod diverso modo concurrit Deus cum voluntate libera ad actus supernaturales ac concurrit ad naturales, nam in ordine ad actus naturales concurrit concomitanter tanquam causa universalis, cui voluntas subordinatur sicut causa 2a subordinatur 1ae respectu cujus 2a non se habet tanquam instrumentum proprie loquendo quia voluntas et qualibet alia causa 2a est sufficienter determinata ad entitatem naturalem effectus et actus, et ideo solum eget concursu Dei tanquam causae universalis coadjuvantis in ordine ad actum, quem ipsa ex natura sua potest specificare secundum entitatem naturalem in ordine tamen ad actus supernaturales voluntas concurrit tanquam instrumentum quamvis liberum subordinatum Deo non solum ut causae universali sed ut causae particulari a qua radicaliter sumit actus specificationem supernaturalitatis, seu esse supernaturale, cum voluntas ipsa ex sua ratione non sit entitatis supernaturalis, et ideo in ordine ad entitatem supernaturalem actus necessario subordinatur Deo sicut instrumentum ratione suae potentiae obedientialis principali agenti per suas vires supernaturales.

Caeterum quamvis hoc verum sit similiter certum est voluntatem esse quae se libere determinat ad talem actum, ita ut ipsi voluntati merito possit et debeat attribui, quod actus fiat hic et nunc sicut Deo tribuitur quod sit supernaturalis. Ad cujus majorem intelligentiam suppono saepe contingere quod duae causae partiales realiter producant unum et eundem effectum non quidem eo modo ut una attingat unam partem effectus, et alia attingat aliam partem sed eo modo ut nihil sit in effectu quod non proffluat ab utraque et a qualibet per se dependenter tamen ab altera, et nihilominus si formaliter loquendum sit aliquod praedicatum ejusdem effectus tribuitur uni causae potius quam alteri, eo quod ab ipsa potius quam ab alia sumatur determinatio ac proinde ratio formalis et specifica illius praedicati

sic. n. pot. visiua et spes intentionalis nigredinis. v. g. concurrut ad productionem actus visionis, et tamen potẽ visiuæ tribuit. q ille actus sit vitalis spei vr quod habet. cca tale obm potius quam cca aliud. et ro e quia lt spes concurrat ad totam vitalitatem actus a pota tn visiua sumit actus ronem, et specificatem vitalitatis, et lt pota visiua concurrat simul cum spe ad diffam actus qq habet. cca tale obm, hanc tn differentiam habet formaliter ab spe quia pota visiua e ex se indeterminata ad hoc obm potius quam ad aliud, et quia determinat. ab spe nigredis ideo elicit actum visionis potius cc nigredinem quam cca albedinem: sic ergo ad nrum propositum voluntas creata et Deus cum snali concursu concurrunt ad totum actum snalem conversionis, et ad qlibet predicatum ejus n quidem eo mo ut deus producat aliqua pte aut aliquod predicatum illius, q n producat. a volunt. et hoc aliam pte aut predicatum quod n producat. a deo, imo Deus attingit qq e in effectu sed dependenter a concursu volunt., ac similiter voluntas qq e in eode effectu, sed dependenter a concursu snali dei, et nihilominus si formalis loquendum sit deo potius quam volunti tribuit. snalitas actus, quia a Deo potius quam a volunte sumit. determino et specificatio hujus actus ad ee snale. id quod hac rone probari pot, nam si deus concurreret cum voluntate ad conversionem cca idem obm, cum solo concursu ordinis natis, et voluntas prestaret suum concursum, certe ab eadem fieret conversio in eodem instanti cca idem obm, sed ordinis tm natis, quæ proinde nihil prodeeet ad grãm et vitam aeternam, et similiter volunti potius quam deo tribuendum e quod actus conversionis exerceat. in hoc instanti potius quam in alio, imo q re ipsa fiat quia ab ipsa sumit. determino et specifico ad exercitium conversionis. id q etiã demonstrari pot quia voluntas e quæ se determinat pro sua libertate cum dei auxilio, et quæ n pdeterminat. phice a deo, cum posset n se determinare, neque converti, ut late probatum e a me sup a cap. 8., sic. n. lt deus concurrat ad totam vitalitatem actus, imo ad totum q e in actu peccati, nihilominus, totum hoc n tribuit. deo sed homini n solum determinanti vitaliter, et quod actus fiat pc et nunc, sed etiã ad operandum pro istum actum malum potius quam bonum, iuxta latius dicta s.a c. 4. ex quibus ulterius fit hanc propositionem ee vam quia deus concurrit simul cum volunte ad conversionem, ideo conversio e supnaturalis

Hanc v° ee falsam, quia voluntas concurrit simul cum deo ideo ab actus s̄nalis. e' ē s̄a haec ē vera. quia voluntas concurrit cum deo ideo actus conversionis producit. in hoc instanti potius quam in alio haec v° falsa. quia deus concurrit cum volunt.e ideo producit. actus in hoc inst.i potius quam in alio, nam illa part.a quia, dicit causam formalem det.minat.am qualis ē concursus dei in ord.e ad s̄nalitatem actus, et concursus volunt.is in ord.e ad vitalit.em et exercitium ejus in hoc instanti potius quam in alio, et ss.a dici solet quod voluntas concurrit ad entitatem s̄nalem n' s̄naturalizando, deus s.t ad det.minat.em et exercitium actus in hoc instanti potius quam in alio n' det.minando. ē s̄a v° Deus ad entitatem s̄nalem etiam s̄naturalizando, et voluntas ad det.minat.em etiam det.minando. et haec omnia facile colligi possunt ex Bern° lib. de gr̄a et libero arb. ad finē ubi postquam dixit cum Paulo nos ee coadjutores dei in nostra convers.e, et in isto concursu simultaneo Deum nobis merita constituere q̄tq. s. ab ipso provenit quod actus sit s̄nalis, Addit, nos in illo opere ee promeritores Regni q̄tq p consensum voluntarium divinae voluntati conjungimur. et statim subjungit. Libero arbitrio ee tribuendum quod consentiat quamvis n' sine concursu Dei, quod amplius s.a explicans dicit. quod à sola gr̄a coeptū ē ab ipsa, et à libero arbitrio pficitur, ut mixtim n' sigillatim, simul n' vicissim, p. singulos profectus operentur, n' partim gr̄a, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo peragunt, totum quidem hoc, totum illa, sed ut totum in illo, sic totum ex illa id quod etiam bene tetigit Hylar. in illa loca Ps. 118. Inclina cor meum deus in testimonia tua. docens inclinat.em ad fidem, et opera pietatis ee à Deo, sed nobis potius quam deo tribuendum ee consensum. Clarius Prosper lib. 2. de vocat.e Gent. c. 26. Et hoc ipsum convincit. ex ss.a PP. concil, coetu Theol. atq rationibus s.a relatis à cap. 8°. quibus sufficienter ostensum ē volunt.i tribuendam ee det.minat.em pficam ad versionem, seu quod actus fiat hic et nūc et ss.a bene dixit Bellar. lib. 6. de gr̄a et lib. arb. c. 15. §. 10. sequutus Ruardum Thaper in a. 7. Conversio h.is ad Deum sicut et quodlibet aliud opus pium q̄tq opus à libero arb.o ē tn̄, n' tn̄ secluso auxilio, q̄tq pium à sola gr̄a est, q̄tq opus pium à libero arbitrio

et à gratia simul, id quod intellig^m. e gratia loquendo de causis istis quae ab ipsis sumit specificationem, et determinatio ad haec praedicata, ut recte ipse explicavit dicens: causam efficiens actionis humanae ut e actio libera, et ipsa voluntas libera hominis; ut e gratia e divinum semen et auxilium tali semini conveniens, et hoc ipsum bene est prosequuntur. Sanderus lib. 3. de lutheran. digidijs contra justificationem et Camerarius lib. 1. de gratia et lib. arb. praecipue c. 5. d. 2.

Ex his tandem colligitur concordia gratiae cum libero arbitrio, quam semper in hac controversia affectamus, et de qua bene Aug. lib. 1. contra Pelagium et Celestinum c. 47. et lib. 4. contra Iulianum c. 4. et in utraque epistola ad Valentinum. Quaestio (inquit) de libero voluntatis arbitrio et gratia ad discernendum e difficilima, nam quando defenditur liberum arbitrium negari dei gratia videtur, et quando dei gratia asseritur liberum arbitrium putatur auferri.) hac autem quaestio sic dissolvitur et statuitur concordia nam quod actus conversionis sit supernaturalis et qui disponat ad gratiam gratis habetur a Deo, quamvis non sine libero arbitrio concurrente et ideo merito totum hoc tribuitur deo et non voluntati. et hac ratione Ioan. 6. dicitur. Nemo potest venire ad me (s. per conversionem quae ad gratiam et justificationem proficit) nisi Pater meus traxerit eum. et paulo infra nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo. contra quae verba ait Aug. lib. 1. de Praedestin. Sanctorum c. 8. Trahi a Patre ad Christum, et audire aut discere a Patre ut veniat ad Christum nihil aliud e quam donum recipere a Patre. et lib. 1. ad Simplician. q. 2. Ut simul (inquit) opera canit sequentia ille Deus tribuit, ille largitur. et Paulus ad Philip. 2. Deus (inquit) e qui operatur in nobis velle et perficere (quatenus s. prodest ad justificationem). quo modo verificanda sunt verba illa 1. Cor. 4. Quid habes (s. ad vitam aeternam conducens) quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Quod vero hic, et nunc exerceatur iste actus habetur potius a voluntate libera se ad ipso detrahente, quamvis non sine Deo, et propria voluntate invitatur ad conversionem ut s. se determinent ad operandum, dum Christus dicit Math. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis. Unde Aug. lib. de spiritu, et litera c. 34. consentire (inquit) vocationi dei s. ab ea dissentire propria

volunt.[is] est. quæ res n. solum n. infirmat quod dictum e., quid habes quod n. accepisti; v[e]ru[m] etiam [con]f[irma]t, accipere n. et habere a[nim]a n. potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo, ac p[er] hoc quid habeat, et quid accipiat dei est, accipere aut[em] et h[abe]re utique accipientis et habentis est. hac Aug. quibus v[er]bis aperte tribuit deo et non homini totum quod homo h[ab]et conducens et ordinatum ad vitam æternam, homini v[er]o quod hic et nunc operet[ur] et consentiat & sic recipiat et h[abe]at, quod deo tamquam conferenti tribuit. et hac r[ati]one dixit Hyeron in ep. ad Cthesiphontem neque ille deficit in dando, neque ego satior in accipiendo. Huc etiam p[er]ti-nent omnia testimonia s[anct]orum PP. concil. et Schol. relata s[upr]a a. c. 8. in quibus deo tribuit[ur] conversio tanquam vocanti se solo et tanq[uam] principa-liter operanti ~~simpliciter determinanti~~ voluntati v[er]o tanq[uam] instrumento cooperanti et [com]plice determinanti product[ione]m, seu exercitium actus in hoc instanti potius quam in alio etiam supp[osit]a vocat[ion]e, et similiter ea, quæ re-feram in cap. sequenti, sed præcipue ponderanda sunt v[er]ba Trident. in ses. 6. c. 5. ubi post vocationem, quæ tribuit[ur] soli deo, tribuitur etiam homini quod illam recipiat, et cooperet[ur] g[rati]æ dei quam posset abjicere et n. cooperari, et tamen ibidem g[rati]æ dei potius quam liberti tribuit[ur] conversio q[ua] se [con]fert et disponit ad justificat[ione]m, et idem decer-nitur sub anatemate in cap[itulo]n 4.

Solet v[er]o c[irc]a dicta inq[ui]ri v[trum]. deus e[t] creat[ur]a concurrant ad actu[m] convers[ionis] unica num[er]o act[ion]e an duabus ad invicem dependentibus, verum quia resolutio hujus q[uæstion]is p[hysi]ca e., et forte n. mul[tu]m conducens ad nos-trum propositum, ideo illam ex professo n. disputo, et solum suppo[no] concurrere unica n[umer]o act[ion]e quia ex deo et volunt[at]e consurgit unica c[aus]a totalis ex duabus partialibus ad invicem dependenti[bus] in ord[in]e ad unicum eff[ectu]m convers[ionis], quamvis deus sit c[aus]a totalis in genere c[aus]æ principalis [et] totalis, et voluntas sit etiam totalis in suo gen[ere], nempe in r[ati]one instrumenti liberi, illa ig[itu]r unica simplex actio proveniens ab unica causa totali constante ex duabus partialibus; ut e. a Deo q[ua]tenus n. sine volunt[at]e dicit[ur] concursus dei in ord[in]e ad actum et eff[ectu]m convers[ionis] ut v[er]o est a volunt[at]e libera quamvis & n. sine deo d[icitu]r concursus volun-tatis in ord[in]e ad eundem effectum &.

Sufficientiam et efficaciam auxilij, gratiae, potius esse refundendam in Deum, quam in liberum arbitrium; et in quo consistat ratio utriusque auxilij. Cap. 15.

Partitio gratiae quae ad conversionem necessaria est in gratiam sufficientem, et gratiam efficacem communis est inter catholicos, et quantum ad rem ipsam attinet habet fundamentum in sacris literis, ex quibus constat ex his, qui vocantur ad justificationem quosdam non converti, cum possent, quosdam vero de facto converti, ut sumitur ex illa parabola de vocatis ad cœnam, quam induxit Christus Luc. 14. de vocatis ad cœnam, et quam bene ad hoc intentum ponderavit Aug. lib. 83. qq. q. 68. et similiter constat ex alijs locis relatis in discursu hujus disputationis et ex ipsa experientia. Quod vero ad nomen ipsum attinet, gratiam sufficientem vocant eam, cum qua potest homo converti, et justificari, sed non convertitur. Gratiam vero efficacem appellant cum Aug. qui videtur esse hujus nominis inventor in lib. de gratia et lib. arb. c. 5. et c. 16. eam per quam convertitur et justificatur.

Est 1º quod gratia sufficiens sit deo tribuenda et non libero arbitrio constat ex sæpe dictis in hac materia, et nunc breviter. Probatur quia illa includit illuminationes et inspirationes, quas Deus producit in nobis sine nobis scilicet libere cooperantibus, et propterea vocatio ad justificationem dicitur dei et non nostra, ut 2. ad Timot. 1. Qui nos vocavit vocatione sua sancta non secundum opera nostra etc. unde Aug. lib. 1. ad Simplician. q. 2. Quis potest (inquit) credere, nisi aliqua vocatione, hoc est aliqua rerum testificatione tangatur, et statim addit, Quis habet in potestate tali viso tangi mentem suam, quo ejus voluntas moveatur ad fidem. et lib. de spiritu et lit. c. 14. hoc ipsum tribuit deo dicens visorum suasionibus agit Deus etc.

2º certum est et ad efficatiam gratiae requiri cooperationem dei, et liberi arbitrij et ratio breviter est quia gratia efficax vel importat ipsam conversionem, vel certe dicit ordinem ad illam ut ponendam in re, ut infra commodius explicabo, et proinde sine illa in actu posita vel ponenda non salvatur ratio gratiae efficacis, sed ad ipsum actum conversionis concurrit deus simul cum voluntate libere cooperante et se determinante ad talem actum juxta latius dicta procedenti capite. ergo ad efficaciam gratiae requiritur utriusque concursus ac proinde deo et voluntati attribui potest et debet, et propterea dixit Aug. in lib. de gratia et lib. arb. c. 17. ut velimus sine nobis operatur (per vocationem scilicet quae soli deo tribuenda est) cum autem volumus, et sic volumus, ut faciamus nobiscum cooperatur. et ser. 13. de verbis Apostoli ait.

Agnosce quid confiteanis q^do dicis. adjutor meus esto ne derelinquas me
Adjutorem (inquit) invocas deum, nemo adjuvat. si ab illo nihil agat. &
paulo p^a. Si tu n̄ esses adjutor, ille n̄ eēt cooperator =

Hinc igr habuit locum haec diff^as ut. s. praecipue tribuenda sit gratia
efficacia an Deo cooperanti cum s^a an v^o homini libere cooperanti cum Deo
cui saepe At Catherinus, & pauci alij qui illum sequunt. potius eē tribuend^a
libero arb^o quam Deo; & Dioban pōr quia supp^ta vocat^e quae tribuitur
Deo h^o ē qui se determinat ad convers^m, Deus v^o quamvis concurrat cum
volunt^e se determinante n̄ tamen illam determinat, ad convers^m hic & nunc
exercendam, & sf. quia hac rōne hom^i & n̄ Deo tribuit. pecc^m, quod vo-
luntas hominis sit quae ad illud se determinat, quamvis Deus cum illa concur-
rat suo coi concursu & uti, juxta latius dicta s^a cap. 4.. Qua etz rōne^{is}
tribuit. actus bonus entit^is natis, & igni calefactio ad quam n̄ determinat. id
est determinars saltem q^tum ad specificat^em. et ex his inferunt Deum
conferre omnibus hominibus auxilia necess^a & coia quae dici solent suffi-
cientia s^nalia, & p^a eē paratum ad concurrendum cum omnibus & de facto
concurrere cum ijs, qui se determinant ad convers^m s^nalem; caeterum non
magis voluisse aut intendisse convers^m ejus, qui re ipsa convertit. quam
ejus qui n̄ convertit. nisi volunt^e beneplaciti, quae supponit sciam visio-
nis ci^a determinat^m volunt^is creatae, & convers^m ut factam in tali d^ia
temporis, Ab hac aūt coi reg^a excipiunt paucos insigniter vocatos
ut Magdalenam, Matheum, Paulum, & alios, quos convers^m efficaciter
voluit Deus, & ideo illis paravit uberrima auxilia, quibus moraliter certu
erat illos fore convertendos.

Sed certe istorum opin^o est improbabilis in Theol. q^{ia} docet potius libero
arbitrio quam Deo tribuendam eē gr^ae efficaciam, Deum q n̄ magis voluisse
convers^m ejus qui convertit. quam ejus qui n̄ convertit., vr. n. eē c^a Paulu
qui vocat^m eorum qui convertunt. appellat s^m propositum. i. s^m intent^em
vel volunt^m Dei, & ait ~~saepe~~ de facto semp ↄverti eos, qui hac vocat^e s^m
propositum, & intent^em Dei vocant. n̄ v^o alios. sic. n. 1. ad Thim. 2. nos
inquit vocavit (s. Deus) vocat^e sua s^{ta} n̄ s^m op^a n̄ra, sed s^m propositum
suum, & g^am. clarius ad Rom. 8. Omnia cooperant. in bonum ijs qui s^m
propositum vocati sunt s^{ti}, & s^a. nam quos vocavit (hac. s. vocat^e s^m p^posita)
hos justificavit. nullū excipit a justificat^e ex vocatis s^m propositum.
Et hinc habuit ortum illa d^o vocationis, quam saepiss^e inculcat Aug.
nam alia ē cui homo n̄ At, neq ↄvertit. ad Deum, & rōne cujus Deus ipse
n̄ intendit volunt^e absoluta & efficaci, ut h^o re ipsa cōvertat., quamvis rōne

illius conferat quod sufficit ad convers.m alia v.o e. cum qua semp. S.o convertit.
e quam deus confert volunt.e absoluta et efficaci, ut reipsa convertat.
et hanc multis nominibus solet appellare Aug. nam interdum cum
Paulo illam vocat sm̃ propositum, quia media illa proponit, et in=
tendit Deus S.m sic vocatum reipsa converti; sic, n. processit in lib.
de Praedestin.e Sanctor. c. 3. 13. et 19. et lib. de correpti.e et gra. c. 7. et in lib
de spu. et lit.a c. 34. et lib. 1. ad Simplician. q. 2. et lib. 2. contra duas eplas
Pelagianor. c. 9. congruam v.o illam appellat ex lib. 1. ad Simplicianu
q. 2. secretam, et altam ep.a 107., et denique lib. 2. de peccator. meritis
et remiss.e c. 19. illam appellavit certam sciam, quia s. dat. supp.la
scia dei certiss.a, quod media illa vocat.s sic sit convertendus, cuius
Loca p. commodius referam.

2.o quia destruit totam ronem praedestinat.is quae n. expectat de-
terminat.em absolutam volunt.is, p. quam S.o convertit. et p.severat in gra
usque ad mortem, sed potius praecedit illam determinat.m absolutam
n. n. casu et fortuito iste e. praedestinatus potius quam ille, quia s.
iste consensit Deo vocanti, et voluit perseverare usq. ad mortem alius v.o n.
sed potius e contra Deus ex prop.o, et intent.e voluit istum et n. alium
praedestinare; et ideo ex proposito et intent.e eo m.o vocat praedesti-
natum, ut reipsa consentiat, et conservat in gra ut reipsa p.seve-
ret quomodo non vocat alium, qui n. e. praedestinatus; neque si consen-
tiat vocat.s illum in gra conservat ita ut reipsa perseveret usque
ad mortem, id q ex professo docuit Paul. ad Rom. 8. dicens: Quos
praedestinavit, hos vocavit (s. vocat.e illa sm propositu, cui nullus
resistit, ut explicat Aug. lib. de correpti.e et gra. c. 7.) et quos vo-
cavit (hac vocat.e) hos iustificavit, et quos iustificavit (s. tanq.
praedestinatos), hos magnificavit, seu glorificavit; et addit Paul.
in c. 9. ut sm electi.em propositum dei maneret n. ex operibus, sed
ex vocante dictum e., quia major serviet minori, sicut scriptum e. Iacob
dilexi, Esau aut. odio habui. clare significans electi.em et decretum
seu propositum Dei de conferenda hac praedestinato beatitud.e prae-
cedere omnem consensum absolutum volunt.is creatae ex praecog-
nitum scia ri homis ... et ex hoc prio bene intulerunt eccles. Pres
et schol. Theol. nullam dari cam ex p.te nra electionis ad beatitud.m

sed totam ee referendam ad dei volunt^m. e 2^a v° Catharinus e qui illius opin^m sequunt, 9sequenter dicunt cujus ellect^em cam esse nram cooperat^m ita ut verum sit dicere, ideo ~~vero~~ deum elegisse istum potius quam alium, quia cognovit scia visionis istum potius quam alium bene cooperasse cum auxilio generali, et sufficienti gre, falsum v° ee ideo istum bene cooperasse quia electus e, et pp^a eo m° vocarg e adjutus quo aptum, et 9veniens fuit ut vocat. responderet, 9^a quod n e m° latus disput^m. Propter hæc Van. et Cumel in locis citatis induxerunt illam efficacem praedet^em necess° et inevitabiliter flectentem volunt^m ad conuers^m, quam pp^e vocant gram efficacem, e contendunt includi in vocatione et qua mediante Deus vocat praedestinatos, e rone cujus deo potius quam di tribuenda e conversio, e justific°, alij v° neoterici indu-cunt praedet.minat^m saltem moraliter flectentem voluntatem. etam hi q illi dut hanc ee vocat^m sm propositum, unquam altam secretam e sm certam dei sciam, quia ex vi illius deus certo cognoscit futuram 9vers^em. — caeterum omnes isti ut hanc veritatem adstruant, i. ut deo tribuant praecipuas p^tes 9versionis e n voluntati, fundam^ta desumut, a quibg ortum habent max^a inconuenientia in Theol. (ut satis 9stat ex s^a dictis). —

Sit igitur vra cc° semp desiderata in hoc ttt^u. Quamuis Deg n praedet.minet eo m° volunt^em ut necess^m sit phie vcl saltem moraliter illam ee 9vertendam nihilominus deo potius quam vo-lunt^i tribuenda e 9versio finalis, e justific°, ac proinde efficacia gratiæ: Hanc P. 1° ex sacris lit. nam ezech. 36. dixit dg spum meum ponam in medio vri, et faciam ut in praeceptis meis ambuletis e 2° Ioan. 6. nemo pot venire ad me nisi Pater meg traxerit eum, e s^a. nisi fuerit ei datum a P^re meo, e pp^ea dixit Paul. ad Rom. 9. n volentis, neq currentis, sed miserentis e dei e paulo p^a cujus vult miseretur, et ad Philip. 2. Deus e qui ope-rat. in nobis velle, et perficere. e 1. cor. 4. quis te discernit? (ab eo s. qui n 9vertit) quid habes q n accepisti? quod si accepisti quid gloriaris, e Aug. lib. 1. ad simplic. q. 2. Ut sit (inquit) nutus vo-luntatis, ut sit industria studij, ut sint opera caritat^e feruentia,

ille

ille (s. Deus) tribuit illo largit. et hoc ipsu late proseq. lib. de praedestin. S.S. c. 8. et inter alia dicit trahi a P.e ad X.m et audire ac discere a P.e ut veniat ad X.m, nihil aliud e quam donum accipere a P.e et lib. de gra et lib. arb. c. 15. Per gram dei fit ut sit h.o bonae volunt.is qui prius fuerat malae.. Per hanc etq fit ut ipsa bona voluntas quae jam ee coepit augeat. quae omnia manifeste indicant potius deo, quam volunt.i tribuenda ee convers.m s.nalem, ac proinde efficaciam auxilij grae, n. v.g soli deo sit tribuenda ut constat ex alijs locis SS, in qbs tribuit etq volunt.i, id q saepe et bene explicat Aug. nam ttt.u 26. in Ioa. exponit vba illa Ioan. 6. jam relata dicens. quomodo volunt.e credo si trahor; ego dico parum e volunt.e, etq volupt.e trahens ds q.a et ser. 13. de vbis Apli explicans vba illa quotqt spu dei aguntur. sic ait. Dicet mihi aliquis, g agimur et n. agimus. R. imo et agis, et agens ect.a et lib. exposit.is epl. ad Rom. - c. 26. ca illa vba, n. volentis, neq currentis ect.a. n. tollit (ingt) liberu volunt.is arbitrium, sed n. sufficere dicit velle nrum nisi adjuvet Deus. id quod latius tractat lib. 2. ad Simplic. q. 2. et inter alia dicit. Opus e velle, et currere; n. n. frustra diceret. Sic currite ut comprehendatis, n. tn volentis, neq currentis sed miserentis e dei ut q volumus adipiscamur, et quo volumus perveniamus. et lib. de spu et lit. c. 34. explicans vba illa 1. Cor. 4. Deus e qui opat in nobis velle et perficere. Consentire (inquit) vocat.i dei.. l. ab ea dissentire propriae voluntatis st, quae res n. solum n. infirmat quod dictum st, quid hes q n. accepisti.! verum etq confirmat; accipere n. et habere anima n. pot dona, nisi consentiendo..

2.o hoc ipsum P. et magis declaro hac rone, quia tota vocatio praecedens actum convers.is s.nalis procedit a solo deo tanq a ca prali quamvis aut concurrant intells et voluntas, concurrunt tn ut insprm.ta necess.a ad actus s.nales quibs constat voc.o s.nalis, et p.a ad actum ipsum conversionis s.nalis concurrit Deus tanq ca pralis concursu s.nali, a quo, et n. a volunt.e tanq a rone formali specificante sumit.r s.nalitas conversionis rone cujus ipsa st ultima dispos.o ad justificationem et gram, s ad Deum referenda e effic.a gratia et convers.is qt.g hac st sicut oportet ad justificat.m et gram habitualem, n. v.o ad volunt.m, quae cocurrit ut liberum instrumentum

eo a' quo tanq a' p'ne formali specificante nihil s'nalit simul.
sed solum liber consensus et det.minº ad operandum hic et nunc
iuxta dicta c. praeced. et pp.ª bene Paul. ad Rom. 9. n. e' vo-
lentis, neq currentis, sed miserentis dei. et 1. Cor. 4. Quis te dis
cernit? quid hes q n accepisti? q si accepisti, quid gloriaris, quasi
n acceperis? plane significans totum s'nalitatis q habet. in h.
libere consentiente referendum ee in Deum, et Aug. lib. 2º
ad Simplic. q. 2. ~~Quid habes quod n accepisti, quod si accepisti q~~
~~gla~~ Opus (inquit) e velle currere, n. n. frustra dicit. Sic currite
ut comprehendatis, n tn volentis, neq currentis, sed miserentis dei
ut quod volumus adipiscamur (s. iustificatm) et quo volumus
perveniamus. (s. beatitudm). et idem fere habet lib. expositionis
ep. ad Rom. c. 62. et lib. 1. Retractat. c. 22. et lib. de praedestin.
Sanctor. c. 3. et lib. 4. contra duas ep. Pelagianor. c. 9. —

Atq ex his constat ad fundamm Catherini, quia licet ab hoc
libere operante formaliter loqdo sumat. exercitium conversionis
n tamen ab eodem hoc, sed a Deo sumit. quod conversio sit sup
nalis, et ultª dispoº ad iustificatm. et addendum e ad solutm
confirmatae, quod ad actum pecc. concurrit Deus concursu gli
naturali relinqdo n solum exercitium sed specificatm illius peccati in
potestate voluntatis a qua proin sumat. et cui tribuit. + sm dicta c. 4.
ad actum vº bonum entitatis nalis n solum concurrit hoc mº deus, sed etiam
consulendo illum et ponendo hm in circumstantiis in qbus sciat bene operaturum
hac s. intend. ut bn oper. et ideo multo magis tribuit. deo actus bonus
entitatis nalis. q actus malus; et nihilominus multo magis tribuit deo actus
s'nalis quantumvis liber q actus liber nalis entitatis, quia in ordine ad sup
natem movet deus sm vocare s'nali, et ad eundem concurrit simul cum vo-
luntate determinando illam si n ad exercitium, saltem ad ee s'nale actus
ad actus vº entitatis nalis n e opus aliqua speciali pmotione, sed sufficit nalis
repraesentatio obi honesti, et voluntas e quae determinat concursum qi natem
n solum ad operandum hic et nunc sed etiam ad specificatm actus entis nalis
in ordine ad quam e voluntas ex se determinata.

+ totum hoc

Dicet. fortasse ex dictis suffic. colligi omnem pam et s'nalitem quae
intrinsece reperit. in actibus intellus et voluntatis huic ante convers.m sive in
illa potius ee tribuendam Deo quam volunt., ac proin efficaciam auxi-
liorum s'natium, si per auxilia intelligas n solum praecedentia, sed concomitantia

et per efficaciam illorum eadem auxilia quo deinc effectum justificationis et
gratiae habitualis, patet enim ipsam convers.m non aliud esse dispositionem ad hanc justificationem
et gratiam nisi quatenus est finalis. caeterum partitio auxilij in efficax et sufficiens
apud Schol. Theol. et Aug. solummodo in ordine ad auxilia praevenientia convers.em
seu quod idem est in ordine ad ~~conver~~ finalem vocationem, et illa dicitur sufficiens cum
qua potest homo converti, sed re ipsa non convertit, illa efficax cum qua reipsa convertit.

Ex quibus fit 1° nil referre ad hanc efficaciam quod conversio sit finalis
dummodo reipsa detur. 2° fit ante actualem convers.m dandum esse aliquid in una
vocatione cujus datur efficax, et reipsa habitura effectum, quod non datur in alia
quam propterea non sequitur effectus, et ideo non dicitur efficax, sive hoc physice necessitet voluntatem
sive moralis, ita ut determinatio ipsa physica maneat in potestate voluntatis. Vel
certe dicendum est gratiam praecedentem dici efficacem, vel sufficientem denominatione tantum ex-
trinseca ab effectu conversionis subsequuto, vel non subsequuto; et si ita est, erit omnino
per accidens et materialiter intentionem Dei quod una vocatio sit efficax, alia vero non, et proinde
vocatio, quae dicitur efficax, non erit secundum Dei propositum, nec magis congrua, alta, se-
creta, et secundum scientiam Dei quam alia, quae dicitur sufficiens; quae omnia, ut patet ex
dictis, non sunt secundum Aug., sed contra secundum Paulum appellantem vocationem secundum proposi-
tum eam, cum qua Deus vult hominem reipsa converti.

R. 1° quidquid sit de gratia efficaci vel sufficienti, certum debere esse totum quod est gratiae
et finalitatis in nostris operibus tribuendum esse Deo quam libero arbitrio, ut hac-
tenus dixi. Et addo 2° efficaciam gratiae posse sumi vel in ordine ad justificationem
vel in ordine ad convers.m; et sumatur 1mo certum esse debere refundi in Deum
potius quam in liberum arbitrium quia conversio non quo conversio, sed quo finalis, est
dispositio ad justificationem, cum quae ex lege divina habet necessariam connexionem, et propterea dicitur
efficax in ordine ad talem justificationem. Solum ergo remanet difficultas de efficacia
vocationis in ordine ad ~~justificationem~~ ~~conversionem~~ ad cujus solutionem et confirmationem, et ut haec difficultas
a fundamentis explicetur et tollantur propositis objectionibus.

Suppono Deum evidenter cognoscere res omnes non solum sub esse possibili
aut sub esse existente in aliqua differentia temporis, sed etiam quod quisque faceret
si poneretur sub quacumque conditione quamvis non habente necessariam connexionem physicam
aut moralem cum effectu. v. g. ~~Deus~~ Petrum esse convertendum si in tali instanti
vocetur a Deo cum sola communi et generali vocatione finali, quae nec necessario physice neque
moraliter infert convers.m, non vero si vocetur in isto instanti; eo quod in illo pro
sua libertate consentiret si vocaretur, et pro eadem non consentiret, si vocaretur in isto.
Et quidem quod detur ista scientia in Deo, quae ab aliquibus dici solet media inter
scientiam simplicis intelligentiae et visionis, ab alijs (quod magis placet) scientia
conditionata simplicis intelligentiae et dixi 1. p. q. 14. a. 13. et 3. p. q. 1. a. 3.

ex ss.ª & SS.P., & P. quia hoc prop.º v.g. si P.º qui mortuus est
uocaret. a deo in hoc instanti cum too aliqua vocat.e supnali, converteret.
& bene resp.t Deo uocanti. significat aliquam verit.m l. falsit.m determinatā
q illa e scibilis, ac proinde de facto sciet. à Deo, aliter eet aliqua veritas
quae deum lateret. Resp. solet hanc, et similes prop.es eē f.as quia prop.o
conditionalis, qualis e ista, solum importat rōnem conseq.e, s. q unū bene inferat.
ex alio, ut si sol lucet, dies e; ac proinde q.do non bene inf.r prop.o conditionalis
e falsa; n' infert. aut conversio P.i ex posit.e vis uocationis s.nalis, nisi ad-
dat. illa promotio efficax, quae necess.o phice, l. saltem moralit.r di inferre convers.m
Caeterum haec solutio e insufficiens. & P.o quia nemo dubitat de verit.e
illius prop.is in rone conseq.e sed evidens e ut sic ee falsam, sicut e evidens,
vin in praesenti suppositio, ex illa uocat.e n' necess.o phce. l. moralit.r infer-
ri uocat.m P.i in hoc instanti; & nihilominus homo cordatus & prudens, adhuc
merito dubitare posset, et solet, an P.s converteret. si uocaret. à Deo in hoc in-
stanti temporis, q dubitat de aliqua verit.e, quam importat illa prop.o, praet.
rōnem conseq.e, de qua n' dubitat, & certe si quis illam [illegible] affirmaret,
existimaret. dixisse verum, si reipsa Petrus modo ~~converteret.~~ uocat. ad vitā
et vocans converteretur. - Et 2.o quia (ut dnt logici, & late pbat Greg.
1. d. 38. q. 1. et Cordub. lib. 1. q. 9. 55. ~~[illegible]~~ dub. 2.) ~~[illegible]~~ Propositiones contingentes
de futuro absoluto, sunt, et fuerunt ab aeterno determinatae verit.is vel
falsitatis, quia earum veritas regulat. ab effectu, qui enuntiat. fore l. n'
fore, sic .n. haec prop.o e m.o determin.e vera, l. determin.e falsa. Petrus
crastina die convertet., quamvis nesciamus v. sit v.a l. potius falsa,
sicut nescimus an conversio P.i sit fut.a vel n' sit futura: sic ig.r
dni e de propositionibus de fut.o conditionato, quamvis .n. nos nesciamus,
sed dubitemus de verit.e l. falsit.e huius prop.is, si P.s uocaret.
in hoc inst.i, ille converteret., quia nescimus quid reipsa faceret sup-
posita uocat.e, nihilominus illa e determin.e v.a l. f.a, & eius
veritas regulat. ab eventu, qui eet ex supp.e q P.s vocaretur
in hoc instanti - Quare sicut Deus scit ab aeterno veritatem l.
falsit.m illius prop.is de fut.o absoluto, n' ob necess.am connex.em phcā. vel
moralem, quam hēt voluntas cu' convers.e quia haec necessitas nulla
e, imo supp.r voluntas ~~manens~~ indifferens futura ad convers.m l. n' convers.m
sed pp eminentiam sciae dei, quae attingit quamcumq. verit.m et deter-
minat.m volunt.is futuram: eadem rone evidenter cognoscit verit.m
vel falsit.m illius prop.is de fut.o conditionato n' ob connex.em necess.m quā hēt

vocatio si ponit in hoc instanti, respectu voluntatis Petri cum conversione ejusdem, quia hac connexio supponit non esse, sed propter eminentiam scientiae dei, qua attingit quamcumque determinationem voluntatis sub conditione futuram, ac proinde attingit an Petrus converteret in hoc instanti, si vocaret ab ipso vocat^e aliqua cum supnaturali.

Ex hac q. doct^a licet jam colligere 1° quo modo detur vocatio efficax distincta a sufficienti non quidem in hoc q efficax phice vel saltem moraliter necessitet volunt^m aut p hoc q in poster uberiora auxilia phca vel moralia, quamvis interdum soleat, ut dixi 1. prae sufficiens v^bi n.; sed quia sufficiens re ipsa n e habitura effum convers^s efficax v^e e habitura illum. quod aut conversio sit futura supp^a vocat^e provenit a volunt^e tamq a in se phice determinante ad convers^m a Deo aut tamq a 1^a radice, ut potequi cognoscens scientia conditionate hominem ee convertendum in hoc instanti et n in alio, voluit vocare in hoc inst^i in quo agnoscit ee convertendum. Et ex hoc pulchre induxit Aug. vocat^m efficacem, n v^e ex eo q phice vel moraliter necessitet volunt^m ad convers^m, et ob hanc cognit^m conditionatam et volunt^m absolutam conversionis Petri media vocatione in hoc instanti determinato, hanc vocat^m merito appellavit ex proposito, congruam, altam, secretam, et certam scientiam, ut patet ex locis cit^s et praesertim ex lib. de q. ad Simplicianum q. 2. et de praedestinat^e Sanctorum cap. 16. et ex epistola 105. et ex toto fere libro hypognosti. quare n fortuito et q accidens seu praet dei intentionem hac vocatio est efficax, sed omnino per se, et ex dei intentione et absoluta volunt^e convertendi P.^m, atq adeo ante actum ipsum conversionis illa vocatio merito dr efficax, quia apud deum certum omnino est media illa fore conversionem, quamvis illa dei cogn^o et scia conditionata dependeat a libero consensu Petri futuro ex suppositione quod vocet in hoc instanti.

2° colligit n solum supernaturalitatem conversionis, sed et ipsam actualem conversionem ac proinde efficaciam gratiae convenientis tribuendam ee Dei mia tanquam 1^ae radici, quatenus scilicet agnoscens deus ab aeterno, quod si Petrus vocaret in hoc instanti, et sub his cc^m stantijs n converteret, si vero vocaret cum alia vocat^e in alio inst^i, et sub alijs cc^m stantijs converteretur, voluit pro sua

misericordia vocare illum in eo instanti, in quo sciebat illum eē convertendum potius q̄ in alio, in quo sciebat non esse convertendum. Ergo quod Petrus sic e nunc convertat: revocandum est in Deum tamq in p.am radicem, quamvis secundariò revocari possit, e debeat in voluntatem Petri qui liberè voluit converti, & si nollet in hoc instanti, nec in alio converti reipsa n̄ converteretur, quare ipsa voluntas est quae physicè e realiter determinat vocationem, ut habeat actum secundū conversionis quamvis deus cognoscens sua conditionata hanc suam liberam determinationem sub conditione futuram ex suppositione q̄d vocaretur in hoc instanti potius quàm in alio elegerit hoc potius quàm aliud advocarem. Et ex hac doctrina bene intelligunt PP. ecclesiae efficatiam vocationis eē referendam in dei m̄iam potius quàm in liberum arbitrium. Origen. lib. 7. ep. ad Roman. in cap. 9. An n̄ het potestatem figulus luti etc. asserit deum pro sua m̄ia vocasse Paulum potius in tali temp.e quàm in alio, quod praesciuit in hoc tempore potius quàm in alio eē convertendum. et hoc docet Chrys. de Centurione. homil. in Ps. 115. et hom. 31. in Matth. hoc asserit de Petro, Ioanne, matheo, et Paulo. et addit. Nam qui corda scrutatur, etiam quando unusquisque ad obediendum paratus erat n̄ ignorauit. e hom. 65. explicans parabolā de conductis ad vineam, dicit. Illi manè, alij 3.a alij 9.a alij undecima hora vocantur, quia tunc obtemperaturi erant. quod et Paulus significauit dicens. quando autem visum est deo qui me segregauit etc. quando autem visum est? certè quando obtemperaturus erat, nam deus à primis etiam incunabulis voluisset, sed quia illum remixurum sciebat, tunc voluit cum animum ipsius penetraturam vocationem non ignorabat. Huc pertinet quod docet Aug. lib. 6 q. ur. q. 2a. xpum non antea venisse cum posset, quia praesciuit non antea homines in illum eē credituros. et addit lib. de Praedest. Sanctor. c. 9. quid certius quam xpum praesciuisse, qui e quando e quomodo in illum essent credituri. et lib. 1. contra Crescōnium. c. 8. xr n̄ solum praedicasse ijs quos credituros eē praesciebat, sed etiam eis quos sciebat repugnaturos praedicationi.

3° ex hoc eodem principio licet etiam colligere quomodo Deus interdum praedestinat hoc salua voluntatis indifferentia, e libera consensione eius morali; e nihilominus non ob eorum merita sed mere gratis quosdam illos vocat in talibus circumstantijs, in quibus scit esse conuertendos, potius quam in alijs in quibus scit esse repugnaturos vocati; e post conuersionem illos sua prouidentia collocat in circumstantijs, in quibus, et cum quibus cognoscit perseueraturos usque ad mortem, non vero in alijs, in quibus, et cum quibus scit esse amissuros, et nunquam recuperaturos gratiam. sic enim procedit Amb. c. 8. ad Rom. iis qui secundum propositum vocati sunt, et c. 9. circa id. miserebor cuius miserebor. Hieron. circa id. quos praesciuit, et praedestinauit ubi Theodoret, Theophil, Sedulius, Oecumen. et Origen. lib. 7. in ep. ad Rom. et inter alia dicit praecedit quod scientia dei, per quam nosceret qui in se labores et tentationes habituri sunt, et ita praedestinatio sequitur. ubi priorem esse scientiam conditionalem (de qua isti PP. aperte loquuntur) et non de scientia visionis (ut male aliqui interpretantur) quam volunt absolutam ordinandi homines ad vitam aeternam aperte constat. ex quo fit ut interdum deus eripiat eos praedestinatos a vita, quos scit etiam hac scientia conditionata lapsuros in peccatum mortale si diutius viuerent. id quod optime docent Cyril Alex. lib. 3. contra Iulian. post medium § confert autem. ubi approbat dictum Porphirij sic loquentis. deus sciens futurum saepenumero prouenit hos quidem per pietatem adhuc adolescentes e vita eripiens, alios per futuras in posterum illis poenas, alios autem miseranus quos liberat ab immedicabilibus calamitatibus. Nissen. et philosophus qui etiam de prouidentia c. ultimo. ubi inquirit quomodo viri de morte interdum perpessi sunt sine causa, si enim (inquit) iniuste quare non prohibuit justa prouidentia occisionem, si iuste inculpabiles sunt qui occiderunt etc. et alt. is qui occidit, injuste occidit, e qui occidit, aut juste occidit aut utiliter juste, cum per rationes justas, nobis aut occultas, utiliter vero praecognoscente prouidentia futuras ab eo malas operationes, et quando conducibile est eius adesse tisti vitam ejus, cognoscit enim deus futura, praesentia, quae praecauet per mortem ejus. quae verba refert ex Neamesio, Anastasio, Nis. lib. unico in sacris q. 17. ad finem, unde etiam constat libros illos falso adscribi Nisseno cum scripti sint a Neamesio. e haec omnia latius docet Aug. et saepissime ad hoc propositum refert verba illa Sap. 4. Raptus est ne

malitia mutaret intellectum ejus. e addit lib. de bono persev. c. 9. certe poterat illos deus præsciens eē lapsuros auferre de hac vita. et lib. de correp.e et gra. c. 8. addit. dicere deum aut n̄ præscivisse mala futura, quæ quis operaretur si viveret, aut illum n̄ potuisse de hac vita rapere ne malitia mutaret intellectum ejus, n̄ pōt accidere sine maxa insania aut perversitate.

Ex præta colligitr quo mō ijs qui n̄ convertunt imputanda sit ad culpam quod n̄ convertant. aut quod n̄ consequāt salutem cum possent eā moraliter converti et illam consequi. Ratio autem est quia quando a Deo vocant. habent qq requisita moraliter ad conversionem, e n̄ deficit nisi eorum consensus quem pro sua indifferentia et libertate nolunt præstare quod si semper eent bene operaturi cum auxilio commun. si nali, sicut revera possent numquam vocarent. a deo in aliquo tempre. vel sub aliquibus circumstantijs sub quibus cognoscebat n̄ eē convertendos, e in quibus dedit quod requirebat. e sufficiebat etiam moraliter ad conversionem et ideo dixit Aug. lib. de na. e gra. c. 26. Deus n̄ deserit, si n̄ deseratr., ut pie semper juste que vivatr. e lib. 1. ad Simplician. q. 2. noluit Esau e n̄ cucurrit, et si voluisset e cucurrisset cum dei adjutorio pervenisset, qui eā velle currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret.

Dicet. fortasse deum potuisse vocare illum qui hic et nunc vocatus non convertitur, in alio instanti, et circumstantijs in quibus præcognoscit eē convertendum si vocaretur ac proinde posse eā refundi in deum quod iste n̄ convertatur. R. deum n̄ teneri hominem vocare in hoc instanti et consequenter ad dei nam eē revocandum quod vocetur in hoc instanti, in quo homo converteretr si vellet quamvis re ipsa n̄ convertatur, quod s. n̄ vocet. in alio, in quo scit deus fore convertendum si vocaret., ac proinde quod n̄ convertat. n̄ pōt reduci ad deum, tamq ad cam culpabilem, cum ad id n̄ teneat. bene tamen tamq ad cam efficientem, hoc e n̄ volentem conferre huic tantam misericordiā

ut late probatum est a me ex PP. praecipue c. 4.

Et si quis rursus roget cur potius deus vocet istum in instanti in quo scit esse convertendum et post conversionem illum diligat et gubernet cum modo et circumstantijs quibus scit perseveraturum usque ad mortem; et non in alio tempore et circumstantijs in quibus scit non esse convertendum et tandem damnandum; alium vero e contra potius vocet in tempore et circumstantijs in quibus scit non esse convertendum, sed damnandum, et non in alio tempore et circumstantijs in quibus scit esse convertendum, et salvandum. Huic interrogationi non potest aliud responderi, quam cum Paulo ad Romanos. 9. O homo tu quis es ut respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic etc.ª et c. 11 O altitudo divitiarum sapientiae, et scientiae Dei quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viae ejus. Quibus in locis totum hoc discrimen reducit ad meram Dei voluntatem, et ad inscrutabilia Dei judicia, ut bene ad hoc intentum tractat et prosequitur Augustinus libro de Praedestinatione sanctorum c. 12. et 13. et lib. de gratia et lib. arbitrio cap. 23. cujus verba paulo ante retuli, et lib. 1. ad Simplicianum q. 2. non potest (inquit) effectus misericordiae dei; (vocat autem, ut ex contextu constat, dei misericordiam, quod homo vocetur in hoc instanti in quo convertitur potius quam in alio, in quo non erat convertendus si vocaretur) esse in hominis potestate, quia si vellet eorum ipsorum misereri posset ita vocare, quo modo illis aptum esset, ut et moverentur et intelligerent, et sequerentur. Et addit in libro de bono perseverantiae c. 8. Cur iste ita vocetur (intellige in tali tempore et sub talibus circumstantijs) ut vocantem sequatur, ille aut non vocetur, aut non ita vocetur ut vocantem sequatur inscrutabilia sunt judicia ejus. et denique concludit lib. de spiritu et litera

Cap. 34. Iam si ad illam profunditatem quisquam nos vocabit, cur illi ita suadeat, ut persuadeat; illi aut non ita, duo sola occurrunt interim quae Rae placeat. O altitudo divitiarum. et. numquid iniquitas apud deum?

Dices. forsitan quod postquam deus pro sua misericordia vocavit Petrum sub his circumstantijs in quibus praescivit esse secuturum, et non in alijs, in quibus praescivit non esse secuturum tota efficacia conversionis ac proinde gratiae reducenda sit in liberum arbitrium, a quo provenit ut de facto libere se determinet ad conversionem. ex quo videtur inferri quod praecipue reducenda sit in liberum arbitrium, quod Petrum vocari in hoc instanti potius quam in alio praedicto vocationem non est aliquid reale in Petro, sed bona quaedam consequentia moralis, quae reducitur ad dei misericordiam extrinsecam. determinatio vero voluntatis est aliquid reale, scilicet ipsa productio actus cum potentia indifferenti in ordine ad producendum, vel non producendum illum. Adde quod ab ista determinatione dependet illa misericordia, quod si determinatio non praecognosceret futura supposita vocatione, vel deus non vocaret in hoc instanti. vel si vocaret vocatio non procederet ad conversionem. R. certum esse quod efficacia vocationis et gratiae quantum ad effectum dependeat etiam a libero arbitrio se determinante ad actum conversionis cum possit se non determinare ut probavi initio huius c. et similiter certum est quod postquam vocationem factam in hoc instanti, et sub his circumstantijs potius quam in alijs libero arbitrio tribuendum sit quod ab ipso fiat conversio hic et nunc. sed hinc non licet inferre quod efficacia conversionis et gratiae praecipue tribuenda sit libero arbitrio sed deo a quo est vocatio realis et specialis, quae est initium conversionis. et propterea haec vocatio fit in hoc instanti potius quam in alio ut reipsa sit conversio, et quamvis haec dei misericordia nil ponat reale in homine praeter vocationem et dependeat a consensu voluntatis, quia cognoscit futurus sub conditione vocationis in tali instanti, nihilominus tanti ponderis est haec moralis consequentia, ut ratione illius deo debeat praecipue attribui efficacia conversionis ut potequi si vocaret in alio instanti ut posset etiam iuste, reipsa non esset conversio Petri. Concludo quod quod deo tamquam in radici debeat praecipue attribui efficacia vocationis quatenus Petrum vocavit in eo instanti in quo praescivit esse secuturum, et non in alio, in quo si vocaret non converteretur; Petro vero minus principali et tamquam determinanti se ad conversionem suppositam illa vocatione. ut preclare ait Aug. lib. 83. qq. q. 68. ut si quisquam sibi tribuit quod venit vocatus non sibi potest tribuere quod vocatus est. ac denique quamvis est gratiae et specialis non solum in vocatione sed in ipsa libera conversione merito tribuitur deo ut concurrenti determinando ad specialiter. et ob id Aug lib. 1. ad Simp. q. 2 ait. ut fieri operatione festinantia ille deus tribuit ille largitur. quod latius prosequitur lib. 2. q. 2. De quo supra c. praecedenti

Ex duobus hominibus æqualiter vocatis posse et interdum fortasse otingere ut unus convertat. et alius non. cap. 16.

Ex dictis præcipue in c. 14. et 15 colligitur jam eandem pro 2a opinione contra 1am posse interdum contingere ut ex duobus hominibus habentibus æquale auxilium præveniens physicum et reale, unus convertat. quia vult; et alius maneat in peccato quia converti non vult, id quod docent Althisiodor. lib. 2. sum. tit. 2. c. 8. Driedo de captivit. et redempt. gen. hum. tit. 4. c. 2. p. 5. ass. 5. Ruar. Taper a. 7. contra Luther. prop. 7. et 10. Ioan. à Bonnonia tit. de gratia et lib. arb. 9. ex suis autem innulli. Bellarm. lib. 6. de lib. arb. c. 15. Arracat. 2. sent. d. 25. q. 1. a. 2 præcipue arg. 2. ex argum. ult. loco positis, Soto lib. 1. de nat. et gratia. c. 16. Vega lib. 6. in Trid. c. 9. q. 3. punct. 4. quatenus hi duo ultimi dicunt eum qui præveniens est minori auxilio interdum converti, quamvis alius qui habet abundantius auxilium præcedens ipsa non convertat. et jam quamplures neoterici. Et Ratio breviter est quia posito illo æquali auxilio præveniente quilibet illorum habet quæ necessaria sunt et sufficiunt ex parte Dei ad conversionem exercendam et solum restat exercitium seu determinatio ad conversionem, quam tamen potest et solet homo exercere pro sua libertate cum auxilio concomitante et supranaturali dei, quod pro eadem potest unus converti, et interdum convertetur si vult et alius non converti quia non vult, et hæc ratio sic potest amplius urgeri et confirmari quia ex duobus æqualiter vocatis potest uterque consentire vocationi dei etiam si præter vocationem non superaddatur aliqua gratia præveniens conversionem et similiter potest uterque dissentire etiam si nihil detrahatur de vocatione sed quia uterque vult aut non vult, ut sumitur ex Trid. ses. 6. c. 5. et can. 4 et ex Aug. lib. de spu et lit. c. 34. dicente. consentire vocationi Dei vel ab ea dissentire propriæ voluntatis est. ergo ex illis duobus poterit unus consentire quia vult et alius non consentire quia non vult. Ex quibus ulterius infertur quod fortasse hoc sæpe contigerit, nam cur id negabitur contigisse, cum sit non solum physice; sed etiam moraliter possibile justa dicta sup. cap. 13. idque videtur colligi ex illa parab. quæ habetur Luc. 14. de vocatis ad cœnam, ex quibus ad eandem cœnam et in eodem tempore et ab uno vocatis quidam venerunt quia voluerunt, quidam vero non quia noluerunt, id quod bene ad hoc propositum ponderavit Augus-

lib. 83. qq. q. 63. Simile e illud Actor. 28. ubi d. Veniebant ad Paulum in hospitium plures quibus exponebat testificans regnum dei, suadens que eis de Iesu, de lege Moysi, et Prophetis a mane usque ad vesperam, et quidam credebant iis quae dicebantur, quidam vero non credebant. et multo urgentiora sunt verba illa Matth. 11. Vae tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sydone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cinere et cilicio poenitentiam egissent. et paulo infra quia si in Sodomis factae essent virtutes quae factae sunt in te etc. quo loco affirmat Tyros, Sydonios, et Sodomitas convertendos cum eisdem omnino signis, quibus noluerunt converti Iudaei.

Respondere solet quod licet signa exteriora essent omnino eadem non tamen caetera quae iuvant ad conversionem essent paria, quia Tyrii, Sydonii, et Sodomitae vel magis interius illuminarentur vel non erant tam male dispositi sicut erant illi Iudaei, quod Christus repraesendebat. Sed haec solutio non est ad rem nam potius illi populi erant peius dispositi, et non magis interius illuminati, sed forte minus. sic enim habet vim comparationis Christi perinde argumentantis ac si dixisset. videte o Iudaei quam sitis rebelles Evangelio ac supplicio digni, nam si coram flagitiosissimis hominibus et pperam dispositis, quales sunt Tyrii et Sydonii, et fuerunt olim Sodomitae, facta fuissent haec eadem signa, omnino acquiescerent veritati, quam vos pro vestra malitia impugnatis. et certe si posset aliquis respondere non fuisse caetera paria, eo quod Tyrii Sydonii et Sodomitae essent melius dispositi et magis illuminati quam Iudaei enervaretur prorsus ratio Christi. quoniam dicit Iudaeos cum eisdem vel cum maioribus auxiliis non fuisse conversos, cum alii vel cum minoribus converterent. alii populi. et propterea Aug. lib. 12. de Civ. c. 6. Si (inquit) alii duo aequaliter affecti animo et corpore videant unius corporis pulchritudinem qua visa unus eorum ad illicite fruendum moveatur, alter in voluntate pudica stabilis perseveret si eadem tentatione ambo tententur, et unus ei cedat atque consentiat, alter vero idem qui fuerat perseveret, quid aliud apparet nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate discedere. Quod testimonium ad hoc idem probandum bene ponderarunt Altissiod, et Argent. et alii etc.

Et si contra haec opponas quod secundum istam opinionem totalis causa diversitatis subiectis qui convertitur in ordine ad alium qui non convertitur est reducenda in liberum arbitrium quia in caeteris sunt omnino pares, ac proinde quod iste qui convertitur

discerneret ab illo qui n̄ suertit. n̄ rone gr̄e, sed liberi arbitrij, ꝯ a illa 2ba Pauli 1. Cor. 4. Quis te discernit quid habes q̄ n̄ accepisti, q̄ si accepisti quid gloriaris etc. et q̄ effic.a auxilij gr̄e reducat. ad liberum arbitrium potius quam ad Deum s.a dicta. c. prac. R. illos duos ee pares in gr̄a uocante seu preven.e p̄sca, et reali, sed tamen in eo qui conuertit. prat. illam gr̄am e etz gr̄a coadjuvans, quae n̄ e in eo qui n̄ suertit. ees tamen si respondere vellet uocat.i et prat.a e quaedam extrins.a mia et provid.a moralis, quae n̄ e in eo qui n̄ suertitur, q̄tg ille qui suertit, uocat. in eo instanti, in quo deus ab aeterno cognoscebat ee suertendum, alius v.o in insti, in quo deus sciebat n̄ ee suertendum, et rone utriusq̄ gr̄a haec suersio tribuit. deo potius q̄ libero arb.o. Prat. hac aut verum e q̄ libera cooper.o et suersio tribuenda sit homini, ita ut v.m sit dicere ille conuertit. quia vult, dumodo hac cats n̄ importet cam radicalem, et praecipuam suersionis sed proximam, et minus principalem, seu instrum.lem, a qua provenit determino ad suers.m quamuis a Deo proveniat s.nalitas, ac proinde discrimen rone cujus hac suersio e utilis ad justificat.m, et hoc solum stendit Paulus in 2bis allegatis, ut s. discrimen ptinens ad justificat.m quod e int. justum et peccatorem referendum sit in deum, et n̄ in h.m quamuis ut in justo sit hoc discrimen. nec.io regrat. ejus libera cooperatio, et determin.o, ut bene explicuit Aug. lib. de spu et litt. c. 34. cum dixit. consentire uocat.i dei. l. ab ea dissentire propriae volunt.is est. quaeres n̄ solum n̄ infirmat q̄ dictum e. quid habes q̄ n̄ accepisti verum etz ꝯfirmat, accipere. n. et habere anima n̄ pot dona, nisi consentiendo etc., de quo latius dictum e sup c. 14. et 15.

Quod si denique opponas illos duos n̄ fuisse pares etz in gr̄a praeueniente, q̄tg in eo qui suertit. fuit uocatio congrua et s.m propositum dei. i. in eo insti facta, in quo deus sciebat h.m ee suertendum, id quod pertinet ad magnam gr̄am et dei miam, quam n̄ ꝯtinet alteri, quem uocauit in eo insti, in quo sciebat n̄ ee suertendum. R. totum hoc ee v.m, sed haec gr̄a et mia prat. illuminat.e et inspirat.e, nihil reale ponit in eo, qui conuertitur, sed solum ptinet ad extrinsecam congruentiam, quae lt n̄ reperiat. in alio, qui se ipsa n̄ suertit. nihilominus possunt ee omnino aequales in gr̄a uocat.e includente illuminat.e et inspirat.e, et in alijs donis ptinentibus ad corpus et aiam

sicc natib, sucs ... de ijs aut qui hoc m.o constituunt aequales fuit semp controversia, et nos affirmamus posse et interdum fortasse contingere ut unus convertat. alius v.o non, id quod negant P.P. D. Van. et F. Cumel. contra quos suscipit. praesens disp.o et pp.a addidi=

solvunt. argum.a pro 1.a opin.e contra 2.m desumta ex rone et modo quo causa 1.a debet concurrere cum 2.a praecipue libera, et explicatur quid de hoc sense=rit D. Thomas. Cap. 17.

=runt Ruiedo et Ricardus v.at praecedere aliq intentionale in eo qui convertit., q n.' reperitur in eo qui n.' convertit. idest, hanc extrinsecam ... sm intentionem dei ordinata ad convers.m et quae nil reale ponit in eo qui convertit. et

Quamuis arg.a, quae adduci solent pro 1.a op.e contra 2.m ex dictis fere soluta sint, abiit tamen magis ex professo ad illa Rnre. Sac autem ad tria cap.a reducunt., 1.m sumit. ex m.o quo ca 1.a concurrit cum 2.a praecipue libera et indifferenti. 2.m ex diu.a provid.a, ad quam ut sit perfecta vr ptinere, ut omnia praedefiniat. 3.m denique ex na gratiae quae debet ad deum reduci. et

B quidem ex 1.o cap.o sic argum.r quia in hoc disting.r ca 1.a ab alijs a ca 2.a particulari, q illa praemovet et applicat istam ad operandum, haec v.o n' nisi praemota opat., et hac rone dr ca 2.a subordinari 1.e et pp.a vr dixisse auctor libri de cais pp.e 1.a quod ca 1.a plus et prius influat in effum quam ca 2.a g.o praet. concursum simultaneum, quo deus concurrit cum cais 2.is dandus e cz alius praevius a solo deo tag a ca activa, et receptus in ca 2.a rone cujus ipsa applicet. ad operandum ad modum quo artifex movendo instrumentum illud applicat ad operandum quo exemplo utit. ad hoc ipsum intentum D Th. 1. p. q. 105. a. 5. et lib. 3. contra G. c. 7. et de pot.a q. 3. a. 7., et hoc idem docet Scot. 1. d. 2. q. 2 et d. 3. q. 1. et confi' pot ulterius specialiter de volunt.e creata quae cum sit ex se indifferens n' pot producere istum actum potius quam alium, nisi ab aliquo determinet. ad istum potius q ad alium, n' e aut a quo possit determinari nisi a Deo qui e 1.a causa. et pp.a videt. dixisse D Th. 1. 2.e q. 9. a. 6. ad 3. Deus movet volunt.m hominis sicut univ.s motor ad univ.e obm volunt.is, et sine hac univ.i motione h.o n' pot aliq velle, et addidit 1.a q. 10. q. a. 4. ad 3. esse impossibile ut posita dei mot.e voluntas n' moveat. ad tale obum quamvis n' sit simplr et absol.e impossibile, quod dici solet in sensu diviso.

Ad 1.m R. ~~dicit~~ ronem ca.e 1.a in hoc consistere ut ipsa a nulla sit producta et ab illa habeant e' aliae cae, quae ideo dnr 2.a

pot effus producere ca v° 2ª e determinª saltem quam ad specificandum ad aliquem effum in particulari, nec pot alio m° illum producere sine concursu causae 1ª, cui ipsa merito dicit. subordinari in agendo. Unde ulterius animadverto id quod ex sedu... qui suam opinm sequunt. & c. cuius & certa sentª in phia quod ca 1ª concurrit simul cum 2ª ad effectum ita ut ad invicem dependeant in productione hujus effus quatenus neq causa 2ª potest illum producere sine influxu cae 1ª, neque causa 1ª voluit illum producere sine ca 2ª, et ideo sic influxit hic et nunc in istum effectum ut ejus influxus n. sit sufficiens ad existentiam effectus, si non simul influeret ca 2ª ut subordinata prima, ex quo consequens infr. patet. istum influxum quem het causa 1ª simul cum 2ª, & qui immediate trat. ad effum n. ee alium, qui solum procedat a ca 1ª & recipiat. in ca 2ª quia est omnino impertinens, ut porequi si esset terminaret. ad aliquam qualitem requisitam ad actionem cae 2ª, nulla aut e necessª, cum ignis v.g. het omnia requisita ad calefaciendum cum solo calore p quem ex e sufficienter applicatus ad producendum suum effum si passum sit intra spheram agentis. ~

Ad id vº quod tangit. in argumentº et solet cuius interrogari v. influxus cae 1ª in effum sit prior na, quam influxus cae 2ª. R. cum d. supponendo prius cum Ar. in postpredicam. quod prioritas nae, quantum ad presens institutum attinet, est 2ex, alia e prioritas conseqª quando .s. duo ita se habent ut ex positione unius inferat. positio alterius, et n. e contra tunc .n. illud quod necessario ponit, posito alio, et n. e contra dicit. ee prius na quo modo af dicit. ee prius na quam ho quia bn valet et ho e af, n. tamen e contra e af, ergo est homo. Alia e prioritas cae seu dependª quomodo illud dr prius a quo aliud dependet, illud vº posterius quod dependet ab alio, & si sit mutua dependª in eodem. l. in diverso genere cae, tunc quodlibet dicit. ee prius alio prioritate a quo quia e id a quo aliud dependet, n. vº prioritate in quo quia in ipso non potest ee nec intelligi existª absq eo quod sit aliud. Quare ad prioritatem in quo reqr ut ab ipso sic dependeat posterius quod ipsum n. dependeat a posteriori, et hec e propria prioritas, nam quando e mutua dependª ac proinde prioritas a quo in rigore nullum e prius alio, sed potius dicit. ee simul eo quod una prioritas seu dependª rependat. p aliam. Modo breviter dm e quod Deus in rone cae e prior natª prioritate conseqª quam ca 2ª nam bene valet, ca 2ª producit suum effum ergo Deus cum illa, n. tn e contra, Deus

producit g cā 2ª cum illo, quia Deus f. se ipsum et sine cā 2ª per illum producere quamvis in isto influxu seu concursu, quo mediante cum cā 2ª voluit producere istum effectum voluerit eis dependere a cā 2ª sicut etiam cā 2ª dependet ab ipso deo. quare in ordine ad istum effectum et modum producendi illum sicut e mutua dependentia int. deum et creaturam in gene cae efficientis sic etiam in eodem gene et mutua prioritas a quo, seu potius simultas; ut bene ad hoc propositum docuerunt Scot. 2. d. 37. q. 1. § . ad solutionem istorum et Cajetanus 1. p. q. 14. ad a. 13. et q. 19. ad a. 8. quorum verba statim commodius referam:

tiā coloquea &c. Per 3.^{am} comunicant int^r se fideles etiam peccatores quoad sacram^{ta} suffragia, et orationes ecclesiae. Haec postrema comunicatio mixta dicit^r, q^r de interiore participat ordinarie ad spiritualia bona, quamque, l, adquirendam, l, conservandam, dolendumque de peccatis: participat de exteriori; q^r habet ceremonias, et exteriores cultus. 1.^{a} comunicatio, et 3.^{a} n^{i} propriè ecclesiae Dei: 2.^{a} comunis est cuibus publicis. 1.^{a} item, et 2.^{a} possunt applicari à privata persona, ut q^{do} Petrus V.g. suas satisfactiones Paulo etiam iusto applicaret: et possunt applicari ab ecclesia, quae dicit^r applicatio comunis, ut q^{do} tanquam dispensatrix spiritualium bonorum applicat fidelibus p suos ministros suffragia, et satisfactiones Christi Domini, et Sanctorum.

Notandum postremo. Aliter fieri hanc comunicationem int^r iustos, et aliter int^r peccatores fideles. Illi enim, cum sint p charitate uniti Christo Domino, tanquam membra suo capiti, capaces n^t comunicandi quoad omnia comunicabilia, ut in satisfactione Sanctorum, suffragijs &c^a. Qui v^o n^t in peccato, cum n^t sint perfecte uniti Christo p charitatem, sed, solum p fidem, n^t n^t capaces comunicandi in^{tus} omnibus, sed in aliquibus tantum spiritualibus bonis. Quare n^t comunicant satisfactiones sanctorum, sed, solum iustorum orationes, et ecclesiae suffragia, ut l^c à Deo illuminent^r, et convertant^r.

Ad 1.^{m} Censura poena quaedam sequens proinde peccatum. Quare ex dictis ad solutionem primi fundamenti, distinguo Ant. In spiritualibus nemo laedit^r laesione culpae actualis nisi à seipso; concedo Ant; nemo laedit^r laesioneque poenae nisi à se ipso, nego Ant, et simul consequentiam. Non privat Ecclesia 1.^{a} comunicatione interiori, quae consistit in Charitate, et gratia, sed int^r n^t nisi p peccatum tollitur, imo nec potest tali comunicatione ecclesia privare; sicut hoc facere n^t potest, ut pars corporis viva, et vivo corpori unita, n^t participet alimentum calore natali digestum. Solum ergo peccatum mortale id praestat; et Ecclesia in poenam talis peccati, et contumaciae privat hominem 2.^{a}, et 3.^{a} comunicatione.

Ad 2.^{m} Resp. Data maj, distinguo Minorem. Privare hominem spiritualibus in sensu explicato n^t

n. é medicinalis pœna, saltem quantum é ex se, neg.° Maj.; n. é absolute, sive semper medicinalis pena, omitto Maj., et nego. Min. Minoris probatio n. urget, neq. enim ejusmodi privatio communicationis bonorum dirigat. ad salutem animæ, ð eo causa sit, ut peccator erubescat, ac propriam infirmitatem cognoscat in causa erit ut recurrat ad Deum. Et si aliqui talis pena n. profecerit excommunicato, id contingit ex pravo ejusdem dispositione, quemadmodum amara potio, ð dura alia remedia infirmis aplicant, et remedia ut. qt. licet, aliqui n. prosint, ð semper alijs damnum inferant corpori, tamen ordinant ad salutem, ð ex dicta sunt.

Ad. 3.m Resp. excommunicationis potestate quoad forum externum, n. tantum solum ad hoc, ð, etiam ad interius. Qui enim qui potestatem ecclesiæ tribuit, nempe Christus Dominus habeat utranque iurisdictionem, utraque é in ecclesia, quæ proinde privans hominem sacramentis, ð suffragijs iuste damnum penale, sicut pœnam infert, ð infligere potest in fora tam interiori, quam exteriori.

Supposita existentia censuræ ecclesiasticæ, dubitari posset: Cur ejusmodi pœnam Deus in ecclesia expedierit? Ro dubitandi est: Quia alienum videat ab ecclesiæ pietate ita crudelibus pœnis afficere, quos tanquam filios paterno regimine, ð affectu gubernat. Hac dubitatione ducti Heretici n. nulli a censuræ vinculo se liberare conati sunt, sed, frustra. Resp. Id ecclesiæ bono, et prudenti regimini valde convenien est: ad Rationem dubitandi, Resp. quod sicut quælibet alia respublica civibus decrevit præmia, ð supplicia gravissima, qualia sunt perpetuum exilium, carcer, vincula, &c. Ita ecclesia, ð bonos præmijs extollit, degeneres que, contumaces, ac rebelles filios pœnis gravissimis prudenter coercet, idque ex Christi Domini mandato. Vide Ambrosium lib. 2. de Officijs, cap. 27.

Existere censuras, ð maxime convenientes esse ad ecclesiæ regimen, supponunt catholici; n. tamen concors est illorum explicatio quoad definiendas censuras. Ita aliqui eam definiunt 1.mo Est pœna spiritualis, a qua

Relinquens

destinguens quarundam spiritualium bonorum usu privat.
Sic alij d[icunt]: Est poena spiritualis inflicta ab ecclesiastica potestate privans hominem baptizatum usu aliquorum spiritualium in ordine ad salutem. Ita D. P. Escobar in summa moralis theologiae ex 24 nostrae societatis scriptoribus deprompta, et P. Avila eorum verbis: Est poena ecclesiastica qua baptizati puniunt privatione bonorum spiritualium.

Alij, quibus praeactae definitionis expositio displicent, sic dicunt aliter definiendo et Censuram ecclesiasticam iudicant: Est poena spiritualis fori externi ecclesiae medicinalis contumacia. Addit praedictis definitio illa verba illa fori externi ecclesiae, ut discernat hanc spiritualem poenam a poena illa quae imponit in foro interiori sacramenti poenitentiae, ut quod confessarius iniungit pro poenitentia abstinere aliquot dies ab Eucharistiae sumptione: addit deinde: contumacia contrahitur. Ut ipsa definitione denotet intentionem suae censurae sanare contumaciam, et inobedientes quoslibet baptizatos ita torquere. Sed hac definitione praemonstrant illius auctores difficultatem aliam potissimam, cum inquirunt, utrum ad infligendam censuram requiratur omnino necessario peccatum contumaciae et Ecclesiam, et illius praecepta, vel infligi possit ob quodlibet peccatum mortale? quoniam vero hanc ad summam tradimus multa breviando si, sint quae hic brevi permittimus.

Contumacia alia dicitur formalis, quod videlicet habita praecepti, et poenae notitia, quasi reflexione transgressor vult id peccato exsequere, quod prohibit, quod facta comminatione censurae, et praemissa monitione aliqua, adhuc Reus obedire non vult, tunc dicitur talem transgressorem legis ecclesiasticae contumacem, et velle addere superiori, et legis contemptus. Alia est contumacia solum materialis hic datur, quod subditus sciens praecepti, illud non adimplet [illegible], sine positivo legis, aut superioris contemptu. Hac contumaciae declaratione praemissa, Caietanus et alij dixerunt praeter peccatum quodlibet mortale, etiam si non sit peccatum specialis inobedientiae, aut contumaciae posse censuram infligi. Contrarium tenent communiter doctores agentes

praesertim

præsertim de excommunicatione, nempe requiri contumaciam ad valorem censuræ, nec ad illam infligendam sufficere transgressionem præsertim etiam mortalem. P. Suarez

cum multis distinguit Dr. exist. dividentes inter se dicunt istas sententias facile componit. Aliud, inquit, est censuram ferri ut talem aliud vero censuram infligi 1m. qd. pena est habet enim duos istos respectus iacet fertilitates. 1mo. modo infligi non potest valide censura ecclesiastica nisi propter contumaciam: 2do. vero modo potest etiam ob alia peccata infligi. Aliquid, nisi fallor, denominamus in questione. Video censuras Dni Ecclesiæ ad curandos, reprimendosque rebelles homines. bapticatos celeris præcepti non obedientes: d. etiam requirit aliquod genus delictorum, qd censura punit in ipsa delicti patratione: ut clericorum percussio. In hoc 2° casu non invenies contumaciam, proprie, d. solum inobedientiam illam, quam videmus in transgressione, cuiusvis præcepti mortalis, quæ pro pena habet, et fractionem gratiæ, et debitum penæ æternæ.

Quæ ad sensum excludimo parum definitiones istas inter se differre singulas quæ aptas esse maxime si singulis superaddas hæc verba: Est pena spiritualis &c. præsertim ad contumaciam curandam. Sic enim clarius explicat adequatius censuræ conceptus; est namque pena spiritualis, non mere vindicativa, ut pena mortis corporalis, qua facinorosi homines puniri solent, et pena Purgatorii, quæ in vindictam, et satisfactionem a Deo animabus infligitur; ac similiter æterna Inferni pena; d. est medicinalis, tum ex se, tum ex fine, et intentione, quam habet Ecclesia huiusmodi penas infligi.

Deniq est punitiva contumaciæ ad quam curandam et puniendam tamquam ad præcipuum finem censura inducta est in Ecclesia, et obsecrata ex Xpti D. doctrina; quæ pena, qd. ut talis infligit contumaciam supponit, dicente Xpto Domino Matthei 18. cap. Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus &c. id est ab illo, qui ecclesiæ non obedierit, separari debes, quæ omnia ex dicendis clarius ostabunt=

buint, praecipue cum ubi in examen adducit. Utrum censura infligi possit pro peccato praeterito?

Dicit ff.

Censura est spiritualis poena, ut distinguatur a poena, quam infligit saecularis potestas. Dicitur deinde censura privari bonis spiritualibus internis, qualia sunt gratia, virtutes, et merita; privare vero externis, et mixtis, ut dictum est, auditione Missae, usu Sacramentorum etc. Quod si usu corporalium bonorum interdum privat, id est, in ordine ad spiritualia, ut illi ne alii inficiant: et ut reus poena affusus ad mentem, et poenitentiam redeat, quibus satis perspicue declarata est essentia Censurae, et sicque est int. Att. quo ad vocis diversio, in illa definitione facile deprehendit. Scrib. 2. Quot sint ecclesiasticae censurae? Praecipuas divisiones, et species. Marcado el siner.

Non omnes spirituales poenas volunt omnes DD. inter censuras numerari; in praecipuas spirituales poenas quae in foro externo ab Ecclesia infliguntur excommunicatio, Suspensio, Interdictum, Cessatio a divinis, depositio, degradatio, et irregularitas, quorum omnium eas breviter declarabo, ut quae deinde censurae nomen mereantur, cognosci possit, et primus in suas species dividatur.

Excommunicatio maior, &c.

Quia in praesenti praecipue agitur, privat hominem baptizatum, eumque separat a fidelium caetu, et ab illorum communicatione, quae tali, tam in divinis, quam in humanis; scilicet ab usu Sacramentorum activo, et passivo, a suffragiis, et orationibus Ecclesiae, ecclesiastica sepultura, iurisdictione ecclesiastica, habilitate acquirendi ecclesiastica beneficia, seu impetrandi litteras apostolicas, ac denique a forensi, et politica communicatione. Haec omnia praestat maior excommunicatio, de quibus singillatim suo loco dicemus, minor vero solum privat directe passiva participatione Sacramentorum; ita ut ea recipiens cum minori excommunicatione graviter delinquat. Obligat indirecte alios, ne excommunicatum minori excommunicatione eligant, aut praesentent ad beneficia ecclesiastica, aut dignitates; et, ut aliqui volunt, taliter excommunicatus caret Ecclesiastica sepultura.

Suspensio, quae poena est Clericorum tantum, privat Clericum usu potestatis, quae ipsi ratione offitij clericalis, aut beneficij convenit: ita tamen ut tali potestate non privetur in perpetuum. Interdictum privat hominem baptizatum perceptione quorundam Sacramentorum, scilicet Eucharistiae (nisi per modum Viatici) extremae unctionis, et Sacrandi Ordinis: Assistentia ad officia divina, et ecclesiastica sepultura. Cessatio a divinis est simplex prohibitio, qua ministri Ecclesiae prohibentur persolvere divina officia, ministrare sacramenta, et sepelire laycos in loco sacro.

Degradatio alia verbalis est, alia realis, illa est poena ecclesiastica qua Clericus cum certa solemnitate verborum privatur in perpetuum omni offitio, ac beneficio clericali; non autem privilegio Canonis. Realis est, qua Clericus verbaliter degradatus vestibus, ac insignibus clericalibus, omnique privilegio clericali privatur. Quae poena non nisi Clericis in sacris infligi solet; estque ordinarie irremissibilis. Prima illa degradatio verbalis vulgo appellari meruit depositio. Irregularitas denique est inhabilitas iure canonico inducta directe impediens susceptionem ordinis, etiam Minorum; et indirecte privans usu receptorum. Alia

est.

est irregularitas ex delicto, alia quae incurrit sine culpa.

His praecognitis ad rei clarioris explicationem pro designando numero censurarum, et generis earum divisione facienda. Sunt Pr. 1. Senta plurium Doctorum, quam etiam tenet Pr. Thomas Sanchez lib. 9. de Matrimonio, disp. 32. nº. 22. docet 4. esse censuras speciis 1ᵃ excommunicationem, Interdictum, suspensionem, et irregularitatem ex delicto. 2ᵃ Senta. quam defendit Ochus in 4. distin. 22. q. 3. art. 1. addit praedictis cessationem a divinis, et quinque censuras esse tuetur. 3ᵃ Senta docet censuras septenarium implere, et depositionem, ac degradationem cum iam dictis numerum facere.

Ultima Senta omnium inter Theologos, et canonistas docet tres tantum de facto esse censuras speciis, vl. excommunicationem, suspensionem, et interdictum, ita Silvester, Navarrus, Pr. Suarez, Pr. Avila, Petrus a S. Joseph, et summistae omnes; hanc sentam probabiliorem iudico, et probatur 1ᵒ quia firmius est Iuri Cannonico, ut canonistae fere omnes fatentur, quia iste est nec maior censurarum numerus. Arg. p. ex cap. quaerenti de Verborum significationibus, ubi consultus Innocentius 3. quid debeat intelligi per censuram ecclesiasticam, quae ponitur in literis Pontificis, ita respondit quaerenti quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus. Respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, et excommunicationis senta valeat intelligi. quod ex determinatione Pontificis clare stat triplicem tantum esse censuram.

Dices. Hic Pontificem declarasse has quidem esse censuras non tamen declarasse alias non esse censuras speciis, quod ideo fieri potuit, quia istae magis sunt in usu. R. 2ᵒ quia licet argutum negativum parum sumat in methaphisica, in Iure tamen ut observat Navarrus, multum urget, et vere urgeret, alias namque in re adeo gravi diminuta esset, et absurda responsio Pontificis, non minus, ac, si quis rogaret, quot sunt manus digiti? et responderet esse determinate tres, aut 4; responsio haec esset diminuta, inutilis, et absurda: quia cum id praesumi non debeat de Pontifice, certo credendum est declarasse numerum determinatum censurarum.=

Pr. 2. nº. cum in Iure numerant censuras speciis tantum fit mentio

trium...

tiis praecedentes, ut patet ex cap. 1. et cap. Statutum de Senten. excommunicationis in 6. § 2. 3. quod stilus romanae curiae statuit, saltem probabilioris sententiae, signum est, quod, iuxta stilum romanae curiae, quod in Bullis datur facultas absoluendi a censuris non intelligitur irregularitas: quia haec sub nomine censurae non spectat. 4. probari ... solet et confirmari haec probatio, nam qui celebrat censura ligatus incurrit irregularitatem ... et licet celebret cum irregularitate ex delicto non incurrit nouam irregularitatem; quia signum est, quod irregularitatem non esse censuram.

Ex quibus, ut aliorum sententiis et argutis facile respondere possit, praedicta affirmant, assignando discrimen censurae, a non censura. Illa enim duo habere debet, quae in deffinitionibus notantur. 1.mo quod sit medicinalis poena: 2.do quod sit ad contumaciam reprimendam, quae sine dubio inueniuntur in excomunicatione, suspensione, et interdicto. quibus Ecclesia intendit, et contumaces reprimere, et non praecisè vindictam sumere, quod, illis uti ad morbos animae sanandos. Non autem illa inueniuntur in degradatione, neque in depositione; quia licet degradatio, et depositio sint poenae, non sunt poenae medicinales, quod, magis vindicatiuae, et effectus, possuntque propter peccata, etiam praeterita imponi; quia non sunt censurae: non enim est diffinitum, quod iuxta deffinitionis ... habet.

Deinde. Cessatio a diuinis, neque est medicinalis poena, nec finis eius illa imponendam, est curare contumaciam, quod, ponitur ad propulsandam iniuriam Ecclesiae factam, et in moeroris signum, ac, ostensionis propter laesam Maiestatem Ecclesiae. Necdum, duo illa inueniuntur in irregularitate; nam si sit irregularitas solum ex defectu, non est poena; cum culpam non supponat, si autem sit irregularitas ex delicto non imponitur per modum medicinalis poenae, quod, vindicatiuae tantum, qua de causa depositio, degradatio, cessatio a diuinis, et irregularitas non tolluntur absolutione, quod, dispensatione, aut relaxatione legis, vel, sint simpliciter, siue irreuocabiliter lata: ista namque non poenae perpetuae ex genere suo, et quae proinde non sunt medicinales poenae: adimunt enim, quasi radicaliter potestatem; censura vero absolutione tollitur, ut poena medicinalis in remedium adhibita, et proinde facilius remissibilis. Sectio. 3. Censurarum numerum defendit, et magis explicat.

Sectio. 3.

Replicam tantum Cc. Censuram, Scomunicationis v[e]l Suspensionis, et Interdicti proprie loquendo; cui ultimæ sententiæ Doctoribus adhæsimus. Cuius assertionis præcipua fundamenta ex Iure ipso canonico desumebat, et maxime ex celebri Responsione Pontificis Innocentij 3.ij ad interrogationis de hac quæstione; quæ tam præbens, ut elidant adversarij Respondent, et opponunt, quod Pontificem ibi solum intendisse recensere Censuras illas, quæ imponuntur à Iudicibus, ut patet ex illis verbis eiusdem textus: Nisi Iudex discretus rerum et personarum circunstantijs indagatis fecerit quod magis viderit expedire. Quod ex mente, et verbis Pontificis, tunc Censuræ, quæ imponuntur à Iudicibus sint, Excommunicatio, Suspensio, et interdictum; sed hæc hoc nomine potest intelligi irregularitas, quæ nunquam imponitur ab homine, sed, à Iure.

Rx. frustra contendere hos Adv.s mentem, et verba Pontificis ad suæ opinionis sensum detorquere. Ratio est, quia cessatio à divinis imponitur etiam ab homine; et tamen non recenset in hoc textu: quod mens Pontificis non fuit recensere poenas, et Censuras ab homine; sed, numerum censurarum adæquatum expresse decernere. Et dicit quod si iuxta hanc interpretationem posset textus intelligi, non esset ad rem Pontificis Responsio: quod absurdum est; et sequitur. Nam tunc rogabat Pontifex, ut Respondere non, quid sit, quæ Censura esset à Iure, et quæ ab homine: sed, ut Responderet quid esset Censura, et, quot Censuræ essent.

Opponunt 2. In Bulla Cruciatæ traditur, ut virtute illius possit Confessarius Poenitentes absolvere ab excommunicatione, Suspensione, et Interdicto, et quolibet alia Censura; quod aperte denotat alias esse Censuras præter assignatas; id enim manifeste exprimunt verba illa: quolibet alia Censura.

Rx.

7.

Hujusmodi clausulam fuisse quidem additam in Bulla Cruciatae eam vero expulisse Pontificem Maximum Pium V.tum et illius Successores: Ne occasio praeberetur haereticis, qui forte eam irrepserat; et ideo DD. aliqui irregularitatem ex delicto numeraverunt inter Censuras, ut notat Fr. Ludovicus Lopez. Et licet aliquando talis clausula inveniretur in Bulla, erat solum declarativa vocis praecedentis Censura, ut cum multis docent Navarrus, et Abila. Verum dicendum est in formula absolutionis sublata in eadem Bulla illam clausulam continere, quod verba illa non pertinent ad Bullam, quod etiam Omniarii forte ita probabiliter opinantis.

Opponunt. 3.

Irregularitas ex delicto absolvi potest ex vi generalis facultatis absolvendi a Censuris: ergo est Censura. Ita objiciunt Avila et Affirmant 1.mo arguunt legentes Bullae cruciatae verba; nam inquiunt ibi redditur facultas absolvendi a quibusvis censuris et poenis: sed irregularitas est poena: ergo in ratione generali absolvendi a censuris venit facultas absolvendi, vel dispensandi in irregularitate ex delicto. Confirmatur 2.do ex doctrina Joannis Gutierrez lib. 6. canonicarum quaest. toto cap. 8. dicentis, quod licet ea ratione generali absolvendi a censuris non possit absolvi irregularitas contracta ex homicidio, vel mutilatione; potest tamen virtute illius rationis absolvi, quae fuerit effectus censurae, vel fundetur in censura: ut quando Censura ligatus exercuit actus ordinis sacri, vel excommunicatus suscepit ordines; quibus de causis remanet irregularis.

Ex hoc ipso Autore ita praeclare arguitur ex parte affirmante 2.do nam licet irregularitas non sit censura, adhuc est effectus censurae: ergo versa facultate absolvendi a censuris, conceditur etiam facultas absolvendi ab hac irregularitate: antecedens est certum. Probatur consequentia, nam qui potest tollere causam, potest tollere effectum: sed censura est causa hujus irregularitatis: ergo cum conceditur facultas tollendi causam illam, conceditur etiam facultas tollendi suum effectum. Adde, quod juxta notissimam et veram regulam juris accessorium sequitur principale: ergo cum principalis poena sit censura, et irregularitas sit quid accessorium qui potest absolvere a censura potest irregularitatem tollere, quae censurae annexa est.

Ad.

Dices cum communi DD.rum nulla irregularitatem ex delicto posse tolli virtute generalis facultatis absolvendi à censuris, nisi forte in aliquo casu dedatur expresse facultas dispensandi in irregularitate: quemadmodum hanc facultatem expresse dedit Clemens VIII. in quodam Jubileo promulgato anno 1565. et quidem si censura non sit irregularitas, ut iam diximus facile sequitur non dari facultatem ad dispensandum in illa, eo ipso quod dedatur facultas generalis absolvendi à censuris.

Quamvis licet in bulla Cruciatae datur aliquibus illa clausula absolvendi vel à reliquis censuris, et poenis, eorum auctoritate Pontificis expuncta, ut iam diximus, ex quo patet ad facultatem primam confirmationem; ad confirmationem ergo, dico ante, neque dicta est ostia, cuius probatio universaliter vera non est, non solum in moralibus, sed nec in physicis; ut patet quod effectus separabilis est à causa; sic ignis ignem producere potest, et potest productionem ab illo separari, nec ideo qui causam potest tollere poterit tollere effectum, quod multo minus virtutem habet in facultate morali. Nec enim, qui potest ab uno delicto absolvere, ideo absolvere potest, aut dispensare in omni poena, quam incurrit propter tale delictum. Constat hoc in irregularitate contracta ex homicidio, in qua dispensare non potest quicumque potest tali delicto absolvere: et tamen irregularitas fuit effectus eiusdem delicti.

Respondeo ipsas facultates esse dividuas, et separabiles; proinde non bene valet in Bulla dedit facultatem absolvendi à censuris: ergo et dedit facultatem ad dispensandum in irregularitate, quae sit effectus censurae, quod efficaciter confirmat textus Clementis Tertii, qui hoc in parte nostrae resolutioni favet; ad alteram probationem respondeo negando eius generaliter prolatam; illud enim solum erit verum, quando effectus sit inseparabilis à sua causa. Sed quod addit parum urget, est quidem verum communiter proloquium, non tamen sibi opportune aptat; nam poena, vel impedimentum ortum ex aliqua culpa, licet ad sui esse pendeat ab illa; ubi tamen posita potest aliquando ab illa separari; ut patet; nam contritio aufert poenitentis culpas, quae habent poenam pro effectu: et tamen manet poena ex delicto orta, et luenda non solum in hac vita, sed etiam in Purgatorio. Sicut quod hic locum non habet communiter dictum, similiter nec in materia praesentis quaestionis.

Illud enim

illud enim solum erit verum, quod effectus sit inseparabilis â sua causa id, quod addit poenam urget. Est quidem verum commune proloquium, non tamen hic opportune afertur, nam poena, vel impedimentum ortum ex aliqua culpa, licet ad sui esse pendeat ab illa; ista tamen posita potest aliquando ab illa separari: ut patet; nam confessarius aufert Penitentibus culpas, quae habent poenam pro effectu: et tamen manet poena ex delicto orta, et luenda non solum in hac vita, sed etiam in Purgatorio; sicut quod hic locum non habet commune dictum, similiter, nec in materia praesentis quaestionis.

Igitur Reliquas penas praeter assignatas non esse medicinales poenas fatentur fere omnes DD.; nec video, quo pacto negari id possit. Sunt enim ex genere suo poenae perpetuae: et privatio â divinis, licet poena sit aliquomodo respectu Schismatis, praecipuus tamen Celebrantis finis non ea imponenda est ostensio doloris spretus Dei Celebrantis, et propulsandae augendae iniuriae diligentia. Quo autem pacto medicinalis potest ad curationem, sed quod, qua ratione applicatur perpetuus est; aut quando ex hoc medio remedii effectus, et curatio sperari potuerit?

Deinde: quod Censura debeat esse medicinalis poena adeo certum apparet, ut nihil in Iure sit clarius, et proprius praeter citatum rem iuvat textus in 6. Decretalium cap. Cum medicinalis, tit. 11. de senta excommunicationis, ubi de excommunicatione sic loquitur Innocentius IV. in Concilio Lugdunensi (et ut in eodem capite notat, eadem est ratio de reliquis censuris): Cum medicinalis sit excommunicatio provideat Iudex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit, et medentis: sed poenae, quae eo modo imponuntur perpetuitatis, et validitate eiusdem declarationis non sunt medicinales, sed vindicativae, nec censurae existunt, nec nomine Censurarum comprehendentur, quando dedit generalis facultas absolvendi â censuris; sed nec virtute talis concessionis poterit Confessarius absolvere nisi ab excommunicatione, suspensione, et Interdicto.

Fatebimur fortasse bene esse probabiliorem sententiam, tum ab auctoritate, tum a ratione

Deponentem

Depromtz ex iure ipso: scire tamen cupi, q fieri possit, stante opposita senta, et illius probabilitate, quam, nec negamus, nec negare possumus. Vtrum ne in praxi tuto sequi, et intelligi nomine Censurae aliqua alia spiritualis pena praeter 3. illas à nobis assignatas: et proinde cum in Bulla Cruciatae, l. Jubileo aliquo conced. faculta: tas generalis absoluendi à censuris, poterit Confessarius poenitentes etiam absoluere à praedicta irregularitate?

Vt Respondeam, noto, aliud esse loqui de probabilitate alicuius opinionis, aliud veritatem inquirere, et quae nam ex duabus oppositis sententijs sit vera: qua propter, qui defendenti nullas esse Censuras praeter assignatas, ita obijceret. — Est probabile dari alias Censuras praeter triplicem illam, ut senta opposita tuet; ergo sunt plures. Inertè omnino argueret, et sophysma afferret theologo indignum; Nam ego, cum defendo 3. tantum esse censuras, nec plures nec pauciores de facto dari, suppono probabilem oppositum, et de veritate contendimus: quare et vera non est, et tamen esse probabilem oppositam sententiam afirmo, quod idem faciunt adversarij; hoc namque contingit in qua cumque quaestione, et opinioni mere probabili. Ad 2. ergo senta opposita est plurium DD.rum Affirmantium, et proinde suppono eam esse probabilem quam ex parte fatentur Emanuel Rodriguez in explicatione Bullae cruciatae, Dianna, Sallas et alij: idemque de sua opinione aliquo diversa ab opinione Affirmantium docet Gutierez affirmans opiniones suam posse ad praxim adduci extra casus necessitatis, aut difficilis recursus ad ordinarium, et posse proinde Confessarium virtute concessionis generalis absoluendi à censuris, que datur in Bulla cruciatae absoluere ab irregularitate. Quare idem est nostrum de senta opposita iudicium, scilicet tuto posse practicari, et virtute Bullae cruciatae absolui quemvis posse ab huiusmodi irregularitate ex delicto, quod licet mihi vera non sit talis opinio, sufficienti probabilitatis partim extrinsecae fundamento.

Nihil.

Staut

§ Placet tamen dictus Pater Henriquez in hac materia notare quidem dubit. lib. 6. de in Indulgentiis cap. 13. q. si debet hic irregularitas ex delicto incurrit irregularitate ligatus ad Episcopum; Episcopus namque iuxta Tridentinum sess. 24. cap. 6. potest dispensare in occulta irregularitate orta ex delicto; excepta tamen illa quae orit ex homicidio voluntario, et quae deducta iam est ad Iudicem forum; addit Enriquez posse talem irregularem recurrere ad Commissarium generalem Cruciatae; quod tamen gravius esset necessitas, nec ad Episcopum, nec ad Commissarium facilis pateret aditus. Dein in Praxi recurre sequi opinionem nostram ......

Praecipua censurarum divisione primitus explicata, et ab objectionibus defensa. Aliis ... censurarum divisionis facilioris expeditionis. Dividit 2° in Censuram a Iure, et censuram ab homine; illa dicit talis quod fert a legislatore statuto aliquod perpetuum condente. Censura ab homine dicit, quae fert a superiore praecepto aliquod transitorium imponente. Unde quaevis censura manet quamdiu status illud generale, et perpetuum non revocat. Censura vero ab homine tamdiu durat, quamdiu ferentis iurisdictio perseverat: ita tamen, ut semel incursa utraque censura duret, quousque ab habente potestate relaxet.

3 dividit in censuram ferendae, et censuram latae sententiae, ut pote poena, quae duplici modo incurrit. Censura ferendae talis dicit, et est, quae non eo ipso, nec ipso facto, sed post sententiam iudicis incurrit; Censura latae sententiae est, quae incurrit ipso facto praecedente ... sit censura primus, et quae secundi generis aliquid dixi in Meta de legibus; et nunc breviter dico: quod in lege dicit, si habeat haec aut similia verba: qui fecerit id est excommunicatus, subjaceat excommunicationi, declaro eum excommunicatum ..., sententia latae; similiter quae quod verba, quibus fert censura ... ita de praesenti, ut locus ... manet benigna interpretationis, tunc ipso facto incurrit Censura; et dicit latae sententiae.

Secundo autem

de
Quatin in Lege dicit, l, hæc, aut similia verba habent: qui tale aliquid fecerit incurrat excommunicationem, l, præcipimus sub pena excomunicationis, iubemus ut excommunicent. Prohibemus sub interminatione excommunicationis, ac denique quæcumque dat locus prudenti interpretationi benignæ, quod hæc verba, et intentio legislatoris non sint de præsenti censendum est ferendam esse censuram, et non latam, proindeque non incurri ipso facto, sed expectandam esse iudicis sententiam, ut incurrant. Praeterea quoties dubium est, an sit censura lata, l, ferenda, eo quod ex verbis legis neutrum facile determinet, prudenter præsumendum est tantum esse censuram ferendam, et non latam. Est enim pena, et quidem gravissima; proindeque merito restringenda.

Disp. 2. de potestate, quæ est in Ecclesia ad Censuras ferendas: et in quos Censura ferri possit. Sectio 1. Utrum censurarum latio, et institutio sint iuris humani, l, divini?

Disp. 2,

De potestate, quæ est in ecclesia ad Censuras ferendas: et in quos Censura ferri possit?

Sectio. 1.ma

Utrum censurarum latio & institutio sint iuris human, l, diuini?

Sectione 1.a h. disputationis praecedentis primis ... tradebit, et Censuras excitare, et id negari catholico n. posse. Namque cum circa potestatem, quae residet in Ecclesia, ad ferendas censuras, et circa illarum institutionem plurimi dispute ... habebit etiam deinde mox. Dedit ipse Christus D. Ecclesiae suae potestatem ferendi censuras ... expediceret ... potestatem ... jurisdictionis in foro exteriori ... coercendis fidelibus: et qua pacto solvendae sint ... haereticorum eiusdem farinae impertinentes objectiones ... mox. Iam v. quaerimus.

Utrum haec potestas oriunda sit de Iure humano, l. potius de Iure divino. Sed dicit, esse vere de iure divino, quod immediate a solo Deo ordinatum est: Illud e. de iure humano, quod ab hominibus ordinatur. Hoc animadverso, potestatem ad ferendas censuras in Ecclesia esse de iure divino ... et assertio patet; nam id e. Iuris divini, quod imm.te a Deo ordinat.: d. potestas haec imm.te fuit a Christo Domino; ... Maior est certa, min. p.o ... ex praeallegatis Christi D. verbis, tum maxime ex illis eiusdem loquentis ad Petrum eiusque potestatem tradentis in universalem ecclesiam hoc pacto: Pasce oves meas. Et in hoc sensu dicit de iure divino potestatem hanc in extravaganti unam sanctam de maioritate, et de obedientia: Quia ore divino professit data sibi suisque successoribus in ... Unde deijcitur manet terror cuiusdam Marsilij somniantis hanc potestatem tradidisse Ecclesiae saeculares Principes.

Dubit. deinde Utrum haec potestas sit in ecclesia l.e in Pontifice prout fuit in Petro Ecclesiae capite, utrumque ... fuerit a Christo Dom.o Apostolis immediate, et ecclesiae Episcopis t. Dixerunt aliqui Petrum tantummodo immediate accepisse a Christo Domino ... alias hanc potestatem ferendi censuras in Ecclesia, et a Petro Apostolo reliquos Apostolos eam potestatem participasse. Verum tamen doctrina statuit ... Divo Petro, ... reliquis etiam Apostolis eam potestatem tradidisse ~~immediate~~ Christum Dominum. Vide ~~Bellarminum l. 4. de Summo Pontifice~~, cap. 22. et 23.

fundamentum

fundamentum fundamentum verae resolutionis est, quod Christus Dominus immediate contulerit Apostolis Apostolicam dignitatem, ut constat ex cap. 18. Mathei illis verbis: Quaecunque alligaveritis in terra. &c.a et Lucae cap. 6. Sed ad hanc Apostolicam dignitatem spectat omnino talis potestas; quod illam acceperunt Apostoli a Christo Domino immediate. Probatur. Nam ad idem munus, et Ecclesiae perfectum regimen spectabat, sine dubio Apostolos posse poenis coercere fideles, quibus Ecclesia eos genuit ad salutem.

Ex hac doctrina, quam verissimam iudicat, infert Castro lib. 2. de iusta haereticorum punitione, quod, sicut ex eo quod Christus Dominus immediate tradiderit Petro ut Ecclesiae capiti eam potestatem, talis potestas mansit de iure divino in Ecclesia, et illius pontifice; similiter ex eo quod immediate Christus Dominus eam etiam potestatem tradiderit Apostolis, ea etiam mansit de iure divino in Episcopis; hunc namque illis in muneribus successerunt. —

Falsum docuit Praedictus Pater, oppositum verum est, et eta docent Divus Thomas, et fere omnes alii theologi. Ad cuius rei intelligentiam suppono primo. tanquam certum Episcopalem dignitatem fuisse de iure Divino introductam, et institutam a Christo Domino: ut satis constat ex Tridentino sess. 23. can. 6. et 7. — Suppono 2.do dignitatem hanc nullam habere sibi annexam iurisdictionem ratione praecise ordinis Episcopalis.

Patet hoc suppositum ex eo, quod Episcopi aliqui nullam habent ecclesiam sibi commissam, licet titulum habeant. et aliqui etiam suo Episcopatui renuntiarunt de Pontificis licentia, in quo duplici eventu nullam specialem absolvendi potestatem habent.

Deinde, Episcopi munus, et dignitatem habent a Pontifice, a quo dependent non solum quo ad tale munus, sed etiam quo ad determinationem territorii, quo ad sacrationem, et, restitutionem [illegible] [illegible] [illegible], et, [illegible]

Pontifice

Pontificis causa ulla interveniente eos privare offitio, et Iuris=
ditione, ut quemadmodum quotidie accidit, cum Episcopus, vel promovetur
vel, transit ex uno ad aliud locum. Ex quibus sequitur 3° Castro.
Dignitas episcopalis non habet ex vi consecrationis praecise potesta=
tem ad ferendas censuras, sed ex munere Episcopi ministro:
sed qui hoc munus habent Episcopi a Pontifice, et
nota illius taxationis; sequitur potestas ferendi censuras non est
in Episcopis de iure divino, sed pontificio; quatenus ex
Pontificis determinatione ratione episcopalis offitij ipsis competit.
Fuit
quod potestas Apostolorum respectu potestatis Petri non potestas or=
dinaria, sed quasi delegata, et non perpetuo duratura, sed pro
illis Ecclesiae exordijs. Etenim unicum instituit Christus Dominus
Ecclesiae Caput, nempe Petrum. Quare licet Episcopi successerint
Apostolis in speciali iurisditione aliquarum Ecclesiarum; non ta=
men successerunt Apostolis in apostolica dignitate, nec habent
Iurisditionem in Universo Orbe, ut specialiter Apostoli ha=
buerunt, ac proinde potestas illa ad ferendas censuras tra=
dita apostolis immediate a Christo Domino non transfertur ad Episcopos
ratione praecise Episcopalis dignitatis.
Dices: Si semel verum
sit, quod Episcopi non habent illam potestatem quomodo stat, quod
nequeat Pontifex potestatem ad ferendas censuras in suo
territorio auferre ab Episcopis, quibus dignitatem episco=
palem confert ipse Pontifex; sequitur talis potestas admittenda est
in Episcopis de iure divino, aut ratio huius reddenda.
Alterum; quomodo stare poterit nostrae elonis veritas sup=
posito modo, quo Episcopi praebent absolutionem a censuris?
Dicunt, enim, se autoritate Christi Domini absolvere; non vero
dicunt se absolvere autoritate Pontificis; sed possent id di=
cere, si potestas ad ferendas censuras esset de iure pon=
tificio, et non de iure divino; ergo ex forma absolutionis
colligitur oppositum nostrae resolutionis.
R. Dico non posse eam po=
testatem Pontificem auferre ab Episcopo in sua Dyoecesi
vel, territorio: 1.° quia cum ipsis applicat materiam iurisditionis,
nempe subditos, adeo applicat, ut iurisditionem, quam Ponti=
fex illis tradit, respectu subditorum exerceant. Inde impli=
caret quodammodo, quod Pontifex diocesim, sive territorium Episcopis
designaret, et eisdem iurisditionem non concederet. Et 2. alias po=
testatem Episcopi ad ferendas censuras in suo territorio ex la
dicalit=

dicatur de jure divino, et praecepto a Xpto Domino in genere dati: quatenus Ille praecepit Ecclesiae Pontifici, ut conferat Ecclesiasticis eam potestatem respectu subditorum ad id quod addit nempe in forma absolutionis a Censura afferri radicalem potestatem, divinam authoritatem Xpti Domini, tanquam invisibilis Ecclesiae Capitis, a quo dimanat haec potestas; posse vero absolventem etiam dicere se nomine Pontificis dispensare tanquam nomine immediate communicantis hanc potestatem.

Dubitatur 3.tio Utrum, sicut potestas ferendi censuras in generali est de jure divino, sic etiam de jure divino specialis institutio cujuslibet censurae, qua utitur Ecclesia de facto. Affirmati sunt aliqui, praesertim ex antiquis, quos sequitur Noster Avilla cum quidem de jure divino saltem excommunicationem lattam contra haereticos. Oppositum scilicet triplicis istius censurae institutionem spetialem esse de jure canonico, et eam immediate ab omnibus ordinatam tenent Suarez, Gaspar Hurtadus, et alii, est quae communior sententia, et mihi probabilior. Et quia ut ex solutione rationum constabit non est sufficiens fundamentum, quo ex Scriptura sacra colligatur ejusmodi institutionem esse de jure divino: ergo est de jure humano.

Ratio a posteriori; quia Censura non instituitur nisi quando in particulari determinatur hic, vel ille modus privationis talis, aut talis spiritualis bonorum: sed modus iste non fuit praescriptus a Xpto Domino: ergo non est de jure divino. Major est certa, nihil enim aliud est, aut esse potest determinatio interdicti vel suspensionis forma. Minor fit quia nempe Xptus Dominus tantummodo indixit, determinavit quae separationem fidelium contumacium, et Ecclesiae non obedientium ab obedientibus, et non contumacibus; non vero sub hac, aut illa determinata privatione bonorum spiritualium: ergo modus ille specialis triplicis censurae non fuit a Xpto Domino determinatus. Atque ex quo confirmo: nam si Xptus Dominus singulis censuris modum specialem praescripsisset; non posset ab Ecclesia modus ille immutari: sed potest, ut experientia constat, ante Concilium enim Constantiense fideles omnes tenebant non communicare nec in divinis, nec in humanis cum excommunicato, qui eo ipso vitandus erat, et talis habebatur: hoc tamen Concilium decrevit ut deinde tantummodo nominatim denuntiati, et notorii clerici percussores vitarentur a fidelibus: ergo modus ille, non a Xpto Domino, ab Ecclesia fuit institutus, ergo ab Ecclesia potest immutari.

Dices, 1.mo

Dices. 1.mo Verba illa Xpti Domini apud Matthæum cap. 18. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam ethnicus, et publicanus.* quid aliud significant, quam ut hominem fidelem Ecclesiæ mandatis non obedientem, et contumacem habeamus pro excomunicato? Et quid significant similia verba canonica Divi Pauli ad Philipp. cap. 3. et Joannis Epist. 2.æ. ergo Xptus Dominus non solum instituit censuram in genere, sed etiam excommunicationem saltem illam, quæ est contra hæreticos.

Confirmatur præcedens ratio: Nam Ecclesia dispensare nequit cum excommunicato, et contumaci, ut sacramenta recipiat pro eo statu contumaciæ: ergo non ab Ecclesia, sed a Xpto Domino instituta est in particulari saltem hæc censura, et specialiter excommunicatio contra hæreticos.

Multipliciter explicant DD. hos textus, ex quibus resp. illis generaliter moneri fugiendam esse societatem peccatorum, et hæretici. 1.mo ne illius perversis moribus inficiantur: 2. ne illi contentione videantur. Probant deinde textus allegati [illegible] [illegible] a [illegible] de [illegible] clusione.

Rursus, si [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tum in 1. textu, non aliud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut delinquant non obtemperi [illegible] Ecclesiæ [illegible]. Si nonnisi [illegible] aliquid deceret [illegible] [illegible] alios non obedientes Ecclesiæ etiam in [illegible] pro hæreticis habere tenerent, non ideo [illegible] [illegible] tialis modus unius, aut alterius censuræ: ad [illegible] [illegible].

R.o Verum ante [illegible]: non potest quidem Ecclesia dispensare cum excommunicato, et contumaci pro illo statu, sed in statu illo dum [illegible], alicuius est peccatum contumaciæ, et alicuius excommunicatio durante peccato, scilicet contumacia dat impedimentum, ut Ecclesia dispenset, est enim de jure divino, quod nemo sacramenta recipiat in peccato, et ratione istius impedimenti nequit Ecclesia dispensare, non vero ratione censuræ, in qua posset dispensare, ut talis sacramenta reciperet, si illud impedimentum peccati aufferret.

Itaque =

Hec deinde. Ven muerte tan escondida, que no te sienta venir, porque el gusto del morir, no me vuelva a dar la vida. Es una cosa el penar, que si el penar virtud fuera, ninguno penar quisiera, por no dejar de penar verdad =

Hec deinde reducunt argumenta omnia, quibus probari videtur et leges civiles, et ecclesiasticas esse non de iure humano, sed de iure divino, et naturali; quae tamen a fortiori omnibus solvenda sunt. Ex illis obiec. 2a. Ius divinum praecipit excommunicatos, et ecclesiae non obedientes corrigendos esse, et poenis coercendos: est enim hoc praeceptum divinum abstinendum esse ab illo homine, a quo ecclesia per censuram praecipit abstinere: quod etiam speciali institutio triplicis censurae esse de iure divino confirmatur: Nam conditionalis pro, aut veritas purificata conditione transit in absolutam: sed veritas haec vitandi sunt illi quos Ecclesia prohibuerit communicare, posita Ecclesiae prohibitione transit in absolutam, et semper manet eiusdem qualitatis. Ex quo infertur, quod si veritas illa conditionata sit de iure divino, etiam prohibitio talis, et talis communicationis cum homine erit de iure divino. Prob. illatio. Ex quo communiter dicitur de veritate [illegible] in moralibus: sit enim Dominus [illegible] conditionate ad solvendum stipendium operariis [illegible] laborandos dixit; si vero talis operarius [illegible] ad laborem vocaverit: posito autem labore absolute Dominus obligatur ad solutionem stipendii; sed eodem prorsus modo se habet excommunicationis, et triplicis censurae institutio, proindeque institutio talis erit de iure divino, sive sit in genere, sive in particulari.

Ad 2m. Respondeo esse quidem de iure divino correctionem, et punitionem in genere excommunicatis, ac Ecclesiae non obedientibus: nego tamen consequentiam. Cuius ratio stat ex dictis. Illa enim est determinatio particularis punitionis, et aliud [illegible] punitionis in genere. Illa determinatio a Christo D. praecepta non est, sed immediate ab ecclesia; ideoque ab Ecclesia immutari potest: et ideo denominatione sumpta ab immediata causa talis determinatae punitionis institutio haec est, et dicitur humana, et non divina. Similiter festorum determinata institutio, aut cultus dicitur de praecepto Ecclesiae, et non de

Iure

Iure divino, quia licet divinum jus praecipiat decimas col-
lere, non tamen determinat, in quibus, aut quae pars deo. Ita
se habet in institutione abstinentiae a carnibus tali,
vel tali determinato die, et tamen in utroque casu fie-
ri potuit idem argumentum.

Ad confirmationem similiter ex defi-
nitat. R. dicendo ante, neg. etiam, et ratio est, quia licet
pro tran scat in absolutum, in aliquibus tamen purifi-
catio conditionis est mere requisitum, in aliquibus vero non idem
est conditio, quod praeceptum novum, et exercitium destinatum alicuius
Iurisdictionis, ut explicui in tractatu de Legibus exponens
obligationem propriam Legis humanae. Verum ipso est illud
praeceptum conditionale et de iure divino, imo de iure natu-
rali: equivalet enim huic, vel, ex hoc infert. quodcumque de-
pendet legitimus ... praeceperit praestandum est a subditis;
non tamen ex hoc infert praeceptum tale superioris humani
esse praeceptum iuris naturalis! Et in hac materia posset instan-
uari eadem forma praedicti fallacis argumenti: sed nihil
prodesset illud de veritate conditionata. Nec magis urget id
quod addit de obligatione Domini Vineae conducentis ope-
rarios. Id enim verum est, de quo purificatio conditionis
est meritum, aut requisitum ad obligationem absolutam, non
vero quia sit novum praeceptum, aut novus contractus. Secundo
... subiectum designat, in quo censura ferri potest.

Quemadmodum de subiecto, circa quod potestas exercetur, agendum prius
est, ut potestas praecipientis declaretur sic, et subiectum punitio-
nis istius, nempe censurae, antequam ad censurae ef-
ficientis causas, et requisita exponenda pergamus,
examinari oportet.

1. quod certum est subiectum censurae

m[o]

S. 3. Nemo est subiectum cen-
surarum debere esse homines, et non Angelos, nec bru-
ta animantia. Et ratio facilis est, quia. Cum censurae
potestas sit ecclesiastica, ut in definitione exprimitur,
et ad Personas illi potestati subditas dirigatur,
homines tantum possunt esse censurarum subiectum; circa hos enim
iurisdictionem, et potestatem habet Ecclesia. Nec obstat,
quod aliquando tempestates locustae, et animantia alia
agros devastantia anathematizari soleant ab Ecclesia;
non enim tunc proprie loquendo excommunicatione,
aut Anathemate feriuntur: sed illis execrationibus,
et precibus deprecationibus Ecclesia postulat a Deo, ut
ab hominibus, et eorum bonis pestes illas avertat.
Insuper eodem sensu coguntur haeretici, suos haereses abiurare,
et anathematizare; id est errores, quibus obcaecati
erant a se per execrationem avertere. Et in hoc sensu
similiter divus Paulus anathematizavit quoscumque
sive Angelos, sive homines, qui contra eius praedica-
tionem auderent evangelizare. Non enim verbis
illis proprie Apostolus Angelos afficiebat censura.

Homo
S. fidelis, qui intra Ecclesiam est, ab Ecclesia puniri
potest per censuram, et non alius. Et 2. requirit
et supponit iuxta id expressum a Divo Paulo
Epistola 1. ad Corinthios, cap. 5. Quid mihi de his,
qui foris sunt iudicare. Quid mihi de his, qui foris sunt
iudicare? id est non fidelis, aut non baptizatus foris
est, et non intra Ecclesiam: ergo non est censurae subiectum.
Quare nec Iudaei, nec Gentiles non dum baptizati
possunt incurrere censuram; etiam si illius generis homines
clericos interficerent. Unde etiam nec rere censuram
timuerunt fideles eos infideles clericorum interfecto-
res vitare tanquam excommunicatos. Verum quidem

est

est, quod possit jure, seu decreto Ecclesiae fideles licite ab illorum infidelium commertio, et communicatione impediri; non quia ipsimet infideles Censura feriantur, sed quia hoc modo innocentes, et sibi subditos Ecclesia tuetur. Requiritur 3.tio quod homo, qui Censurae subjicitur sit adultus, seu ad rationis statum pervenerit, cuius conditionis non est: quia effectus censurae non omnes cadere possunt, nisi in rationis capacem: ergo solus adultus licite potest saltem quoad omnes effectus censurae cum illius subjici. Caeterum cum pueri ante communem statum a natura terminatum rationis usum nacti fuerint, poterunt censurae ligari praesertim si censura sit a jure lata; imo, et censura ab homine ligari posse docent Suarez, Gaspar Hurtado, et alij, ysque ceterorum omnes [illegible]

imo, et censura ab homine ligari possint, docent Suarez, Gaspar, Hurt. et alij. [illegible] magis enim expedit [illegible] flagellatione vel aut similis corporali poena [illegible]

[illegible]

Ut subeat Censuram est, ut persona [illegible] subjecta sit Ecclesiae quoad spiritualem [illegible] potestatem. Est enim juris dictio, et subjectio sibi mutuo correspondentes, et correlativae non minus, quam superior, et subditus; potestas ad imperandum, et obligatio orta ex imperio, ut perse patet: cum namque sit mere poenalis censura, sive etiam sit medicinalis intelligi non potest, quod feratur in aliquem nisi, vel ab illius superiori, vel a medico, in cuius potestate curandum [illegible] veniret tamquam infirmus medico subjectus: ergo omnino necessarium est ad censuram ferendam ab Ecclesia, quod Censurae subjectus subjiciatur Ecclesiae quoad jurisdictionem spiritualem, quae in Censurae incursione manifeste exercetur.

Unde Summus Pontifex a nemine potest censura puniri, neque censura lata ab homine, neque a jure. Eo enim ipso, quod summus Pontifex sit Ecclesiae supremus, et unicus caput visibile nullum in terris sibi habet superiorem: ergo a nullo potest cen-

sura

excommunicari. Ant. est certus, et constat ex eo quod potestas, in qua censurae fundatur, est exterioris potestatis: et in terris nulla est exterior potestas Pontifici superior: ergo etc. Vide Cardinalem Bellarminum lib. 2 de Romano Pontifice, ubi et auctoritate, et ratione mirum in modum hoc probat, et explicat. Hinc praeterea colligitur conditio, ut nemo possit se ipsum censura ligare, licet quis possit per sententiam declaratoriam prius datam, sibi scire manifestare se ipsum incurrisse censuram. Et ratio est, quia illud esset exercere jurisdictionem; nemo autem sibi praeceptum, et poenam praecepti, ut talis proprie imponit. Quod ut Hoc ut non esset sibi infligere censuram, sed solum declarare.

Ultima conditio ad habilitatem censurae faciendam requisita est, ut homo fidelis censura coercendus sit viator, sive adhuc in hac vita degens, quam conditionem adeo certo requiri in subiecto censurae censent Doctores aliqui ut eam tanquam indubitatam et supponendam asserant. Aliquid tamen difficultatis hoc dubium habet, et ex oppositis sententiis etiam hoc [illegible] explicandum constat. Ad [illegible] decisionem supponendum est primo duplicem [illegible] censurae ab Ecclesia ferri, directe scilicet et indirecte. Indirecte [illegible] ut Ecclesia, quae in non baptizatos censuram ferre non potest, quia Ecclesiae subditi non sunt, baptizatis praeciperet sub censura, ut cum non baptizatis non communicent, ne illorum pravis moribus, aut dogmatibus inficiantur. Directe fertur censura, quando fertur in subditos habentes omnia requisita ad illam subeundam. Supponendum 2do quaestionem non procedere de omnibus, et singulis censuris, sed de censura speciali, nempe excommunicatione, cuius occasione in genere rogamus, utrum solus viator sit subiectum censurae, an hoc non sit requisitum adeo, ut ita conditio sine qua non, ut aliquis qui viator non est possit esse aliquarum censurarum subiectum.

His positis. 1. Sententia, quam defendunt Pater Suarez, D. T. Avila cum Castro et Simanca de hereticorum punitione defendit, quod licet non omnes defuncti possint excommunicari

municari; ille tamen, qui decit in peccato hæresis, (etiam dato, quod nulla esset in jure contra talem hominem, et peccatum excommunicatio) potest post mortem excommunicari. Ita in specie Cannonistæ, et ex antiquis aliqui theologi pro se alegantes Concilium Constantiense quintam Synodum generalem, S. Augustinum, et Ecclesiæ usum. Quam sententiam ab antiquis solum propugnatam neoterici defendere, et confirmare voluit Pater Baulli trat. 1. de censuris in genere, ubi enixe probare studet posse directe ferri censuram excommunicationis in vita functos; proindeque non esse adeo requisitam praedictam conditionem respectu omnis censuræ, et sibi illius; fundamenta vero quibus demum nititur eadem sunt, quibus nitebantur antiqui.

1.mo quia Inocentius III. in decretali ã nobis. 28. de sententia excommunicationis decernit excommunicatum posse post mortem absolvi: et ibi rationem reddit, nempe, quod Ecclesia solvere possit, et ligare defunctos. Similiter in Causa 24. q. 2. can. damnationis 5. §. his auctoritatibus dicit plurima esse crimina de quibus potest quilibet accusari post mortem, et damnari, ut de crimine hæresis. 2.do quia in Concilio Constantiense anathemate damnatus fuit Vvicleffus defunctus: et similiter 5.^a synodus generalis anathematizavit Dyoscorum, et Theodorum et Pyrrum emortuos et sic de aliis. Nec solum tempore antiquo id in usu erat, sed modo etiam eidem de more habent fidei Sacri Tribunalis Domini Inquisitores, qui multoties decreverunt hæreticos vita functos anathematizare, et exhumare eorum corpora, ut comburant.
3.^tio à contrario: nam Ecclesia potestatem habet, ut per indulgentias liberet animas defunctorum à purgantibus pœnis; ergo similiter Ecclesia poterit defunctos censura ligare: quod est certum. Confirmatur quia eadem subi aptitudo requiritur ad contraria extrema: ergo si defunctus aptus est, ut solvatur à pœnis, aptus

exit =

exit etiam, ut censuræ pena ligetur. Hæc sunt præcipua fundam.ta istius opinionis: nec noua affert nouus illius Assertor Pater Bauni.

2.a Sent.a potest esse aliquorum distinguentium in censura Ponem medicinalis pœnæ ad curandum Contumaciæ a ratione pœnæ tantum vindicatiuæ, quæ utramque diuisionem inuenimt in censura, et qua distintione adhibita quæstioni respondent posse defunctum censura ligari non quà tali; quia qua talis est medicinalis pœna, et ad salutem dirigitur; et quæ in vita functus cadere non potest: posse vero defunctum censura ligari, quæ pene vendicatiua est: hæc tamen distintio non aliam inducit opinionem; sed, communem explicat admiscens aliquid de nomine.

3 Sent.a communissima generaliter defendit nullum defunctum posse censura ligari directe, et communiter bene tamen indirecte. 1.a sent.æ partem, nempe defunctos non posse directe censura ligari probant DD.s autoritate et ratione, ex quibus eam probo 1.o autoritate Xpti Domini apud Matheum præligata in hunc modum. Potestas Ecclesiæ, et iuris ditio ad ferendum censuras alia non est quæ, quæ tradita fuit Ecclesiæ Xpto Domino: sed Xphus Dominus solus dixit: Quodcunque ligaueritis ~~tanquam etiam~~ super terram, (id est sa viuentes in terra) ergo qui viuus non nequit esse, subiectum censuræ. maior est certa, et minoris intellegentia est communis, et præcipue ex Ecclesiæ, et Theologorum: ita exponunt Hyeronimus, et alij, quorum sensus, et explicationem manifeste expressit Gratianus 24. q. 2. initio dicens: Quod post mortem nullus excommunicari, l, absolui possit ex verbis Euangelij monstrat: ergo uita functus non est aptus subiectum, nec intra juris ditionem Ecclesiæ, ad censura +

+ ligari potest.

Pro 2. ex fine quem habuisse Xphus Dominus in hac tradenda potestate suis verbis satis declarauit, et ex illis facille colligitur, nempe, ideo Xphus Dominus, et eo fine dedisset ecclesiæ potestatem puniendi hoc modo contumaces, ut ita per censuras ab ecclesia separati, et confusi baptizati homines resipiscere, et ecclesiæ communionem, ac animæ sanitatem postularent: sed finis iste locum non habet in defunctis; ergo nec defuncti

posse.

posti et subum capax censure. Multi alij p. ad. Suarez, Auilla, et reliquis Doctoribus eadem reso= lutio: ad que tamen fundamenta ni improbabilet= respondere conat P. Baeeli.

P. 2. pars comunis sente. sc. vita functos posse indirecte censura ligari ex Suarez, Vazqz, Reginaldo, et omnii Dm̃ sensu: Nam Ecclesia potest viuis precipere, ne pro mortuis, qui delictis enormibus grabati decesserunt eccles. pu= blica suffragia, et sacrificia Deo offerant: et similit ecclesia prohibere potest defunctorum corpora sepelliri in loco sacro, ut de facto contingit eis excomunica= tis: ergo, id est indirecte ligare censuris defunctos: ergo illos indirecte potest ecclesia censuris ligare. Mar est certa. nam Ecclesiam id prohibere nihil aliud est, quam eam uti sua jurisditione subditos, prout oportet dirigendo. Mir facilius constat, et experien= tia firmat, qua Ecclesia sueuit post delinquen= tis mortem sententiam ferre declaratoriam criminis, defuncti que excomunicatum manifestare precipiendo viuis ut respectu illius defunti abstineant ab illis actionibus, que erga excomunicatos fieri prohibent.

Sectio. 3. illationes ex dictis, et obiectiones solones ostendit.

Infertur 1.mo ex doctrina omni à nobis usque asserta ecclesiam non posse absolvere directe defunctum excommunicatum, quantumvis decesserit cum vera penitentia, et animo absolutionem petendi, et obtinendi; posse tamen eam absolutionem tradere indirecte. Illa stat omnem doctrinam quo ad utramque partem. 1.a p.s non indiget ratione eadem est ratio; quia quae probant ecclesiam directe non posse censuram ferre contra defunctos, probant simul defunctum non posse directe absolvi à censura. Et ratio est quia defunctus tam est extra juris ditionem Ecclesiae quo ad absolutionem, quam quo ad ligationem censurae: ergo nec illa ligari, nec ab illa potest absolvi directe. Quae ratio viget etiam si defunctus cum vera contritione decesserit, nam, quod decedat contritus non facit, ut post mortem maneat intra juris ditionem ecclesiae, sed quod dignus decedat, qui ab Ecclesia indirecte absolvatur.

2. pars etiam facile suadetur: nam, sicut censura ligaret indirecte solum ecclesiae juris ditionem recte exercere directe circa subditos: exquo bonum aliquod, vel aliquod malum resultet iam defunctis, ita illis cedere facultatem, v.g. ut defuncti alicuius corpus sepeliant: est directe iurisdictionem exercere circa vivos, et indirecte circa defunctos: ergo licet ecclesia directe absolvere non possit defunctum hominem, potest tamen indirecte.

Infertur 2. neque indirecte absolvi posse à censura defunctum illum, qui excomunicatus sine vera penitentia, et absque signis contritionis mortuus est. Quod directe non possit talis ratio absolvi constat ex dictis, et ex se manifestum est, quod nec indirecte possit absolvi, ut modo inferimus, itaque. Namque qui hoc modo excomunicatus, et sine vera penitentia decessit indignus factus fuit, ut beneficio absolutionis frueretur: ergo eiusmodi absolutio etiam indirecta

Con

n͂ dat, nisi dignis et veniam, ac absolutionem petentibus: ergo neque indirecte potest absolui defunctus, qui excommunicatus sine inditio sterilitatis, et sine vera poenitentia decessit.

Infert. 3 Illum, qui dum viueret, incurrit excommunicationem, et sine absolutione decessit, excommunicatum manere post mortem, et priuatum suffragiis, et ecclesiastica sepultura, nisi absoluatur, ut absolui posse asseruimus; quando vel signum doloris, et verae poenitentiae reliquisset. Infert 4. resolutionem praedictam, quod videlicet defunctus excommunicari n͂ possit, procedere etiam, et vera esse quantumuis talis defunctus monitus fuerit ante mortem ab ecclesia: praecipiendo scilicet ei aliquid sub poena excommunicationis. Quod notare oportuit quia n͂ nullos qui sub distinctione respondent, quod, n͂ bene praedictae quaestioni: asserentes, quod si monitio Ecclesiae praecesserit ante mortem. excommunicari, poterit etiam defunctus; si vero talis monitio n͂ praecesserit, defunctus n͂ poterit excommunicari. Contra hanc namque distinctionem nostram, et omnia militant fundamenta, et satis aperte cap. Sacris de senta Excommunicationis. Siue enim monitus fuerit, siue n͂ extra iurisdictionem Ecclesiae defunctus est.

Ad fundamenta partis oppositae hinc n͂ difficultas dissoluitur. Ad 1.^mum^ et 2.um ab autoritate desumpta, et ad quoscunque textus, in quibus defunctus excommunicari videtur, dicendum est verbum excommunicare n͂ summi proprie et in sua directa significatione, quod, solum significare, ut explicatum est excommunicationem indirectam. Quod si in aliquo ex his textibus reperit verbum Anathematizare ibi sumit pro maledicere, n͂ vero pro excommunicare directe. Sicut cum haereticus cogit abiurare haeresim, eadem anathematizat, ut patet ex aliis textibus; ac praesertim ex canone: Ego Berengarius de consecratione distinctione 2. et tamen haereticus n͂ excommunicat haeresim.

Similiter etiam Dominus Petrus

cepit anathematizare, et vitare, si vero se ipsum excommunicavit. Quapropter, et Suarez, Avila, et fere omnes alij agentes de censuris unanimiter censent, quod si in Concilijs invenit Ecclesiam excommunicare aliquem intelligi debet talis excommunicatio, vel de excommunicatione incurrenda: vel, de declaratione, quam nobis facit omnibus Ecclesia, quod talis tunc excommunicatus decessit, et quoniam Ecclesia ignorans illum admiserat, praecepit eius ossa comburi, et exhumari, sicut contingit cum Vviclefo, Oxoniensi, et Pelagio, et Hyeronymo laudatissimus tribunalis sanctae Inquisitionis.

Ad 3m Resp. Quoad antecedens, neg. Consequentiam. cuius probatio non urget. Et ratio est, quod indulgentiae non cadunt defunctis per modum absolutionis, sed, per modum suffragij, et cum solutionis, ad hoc vero non requirit iurisdictio, ut patet, potest enim quibus pro homine incarcerato debitum solvere, ut solvatur ab incultis. Ut vero per modum absolutionis caderent indulgentia omnino requirebat iurisdictio, quam, cum Ecclesia non habeat respectu defunctorum, nec potest illos absolvere, licet possit pro illis suffragia, et cum solutione Deo offerre. Unde iam constat nullam esse obiectionem, et illationem nullam: Valeret quidem, et vera esset si hoc modo fieret. Absolvuntur ab Ecclesia defuncti proprij, quod et potuerunt ligare, sed, cum non absolvant, neque absolvi possunt; eo quod sint extra iurisdictionem Ecclesiae: neque ligant.

Insultus tamen, ac deinde obijces. Qui mandavit clericum occidere incurrit excommunicationem, si subsequatur effectus: quamvis tamen clerici occisio contingat post mortem mandantis: sed haec excommunicatio est ab Ecclesia; ergo Ecclesia potest defunctos ligare poena censurae, qualis est excommunicatio. Maior constat ex iure: et obiectio confirmatur ex cap. si quis Episcopus de haereticis, ubi excommunicatur, qui mortuus est, et in testamento instituit heredes haereticos: sed, eiusmodi Episcopus censura ligatur post mortem; cum ante mortem potuerit censuram vitare: et crimen non esset completum, nisi post mortem testantis. Testamentum enim confirmatur morte testantis; ergo defunctus potest censura ligari. Resp. 2do: Nam censura ferri potest in eos, qui sine confessione moriuntur,

aut

aut in suspensi, aut in duelo, illi enim si comprehendunt tali censura ante mortem, eo quod delictum, praeterquam censura incipiat morte delinquentis perfecit: ergo post mortem, et sic ante ecclesiastica censura ligat etiam defunctos, et non solum viatores.

Gravis haec difficultas in diversas vias, et solutiones abire cogit omnium sententiarum patronos. Respondeo. Fere omnes, neque male, dicunt, et aliter. Aliqui ex Hugolino hanc reddunt rationem, quia scilicet mandatum expirat morte mandantis; proindeque si mandans clericum occidere moriatur ante occisionem clerici, illius mors non mandati, sed executoris malitiae tribuenda est. Non est firma solutio: ideo respondendum ducimus cum Pbus, Suarez, Avila, et aliis distinguendo Maiorem. Mandans clericum occidere in eo casu objectionis excommunicatur directe, nego Maiorem; excommunicatur indirecte, sed vera, et simul mihi, et nego Minorem. Ita interpretari debemus plures textus circa hanc materiam. Ad 1am et 2am confirmationem simili distinctione respondeo propter dicta, et omnium sententiarum firmum fundamentum, videlicet quia post mortem non est homo intra iurisdictionem Ecclesiae: ante mortem vero delicta illa, propter quae lata sunt ab Ecclesia eiusmodi censurae, non sunt perfecta; ergo directe homines illi non incurrunt censuram.

in his casibus non proprie excommunicantur defuncti, sed vivi prohibentur exercere officia erga illorum hominum corpora, quae erga excommunicatos fieri prohibent. Ita respondendum ut ad nostram doctrinam concernens: alii vero quibus doctrina placet solutio displicet, et respondent, nec indirecte homines istos excommunicari, sed Ecclesiam campo hibitionem vivis imponere, ne sufragia offerant, et sepulturam Ecclesiasticam non reddant illis hominibus, idque independent prorsus a censura. Sed cum verba istius Ecclesiasticae prohibitionis eadem sit, quae est propria excommunicationis, et hos effectus indirecte excommunicationis sine dubio causent; non video cur negetur

hic

hic indirectam censuram intuendam. Manet ergo solus censuram solum ei homini victori, et adeo requiri, ut ho sit viator, ut censuram incurrat, quod nullo modo dici debet incurrat a defunctis.

Sectio 4

Utrum censurae subjectus ad illam incurrendam debeat nullam aliam habere, et liberè delinquere quod illam incurrit?

Plura ex parte subiecti incurrentis, b. potentis incurrere propriam censuram praecedere debent. duo hic in hac sectione exponenda sunt. 1um Utrum subiectus aptus sit incurrere censuram, quod aliquam censuram habet? quod idem est, ac rogare: Utrum possit idem homo multiplici censura illa, quam addit? in qua quaestione multiplex oritur difficultas. 1a sit, Utrum homo propter diversa crimina possit plures subire censuras? affirmativam partem supponunt doctores, quam probant omnes DD. quia enim homo semel excommunicationem incurrit propter aliquod delictum, non tollit, neque illum reddit subiectum incapacem, ut propter aliud delictum novam aliam censuram incurrat. Quid enim mirum, quod multiplici delicto multiplex poena correspondeat?

2a difficultas: Utrum propter idem delictum, diversas, novasque censuras incurrere, possit idem homo? affirmant etiam respondent omnes DD. cuius resolutionis fundamentum desumitur, tum ex praxi, durante namque contumacia, et perseverantia hominis in delicto, praxis est, ut censuras aggravent, adjiciendo praeteritis novas alias censuras: quas omnes, simul potuisset in unum hominem Ecclesia ferre, si delicti atrocitas id postularet. Tum quia ex parte subiecti non datur repugnantia, ut duplici vinculo morali, propter eum diverso ligetur, ut in Mata de legibus cum omni DD. notabamus, quod maxime verum est, ubi tituli eiusdem obligationis sunt diversi, et adeo invicem separabiles, quales sunt, diversae poenae diversae.

3a difficultas. Utrum propter diversa delicta, possit quis ligari pluribus censuris eiusdem generis? Affirmative etiam respondeo. Si namque quis Clericum percuteret hic, et alibi, clericum alium occideret, eandem

eandem censuram bis incurreret, quod idem est ac plu-
ribus titulis eandem censuram incurrisse. Ratio vero est:
quoniam ex eo, quod Ecclesia talem hominem percussorem
Clerici semel excommunicaverit in poenam istius
delicti: non est extincta Ecclesiae potestas coercitiva ad
puniendum eundem hominem propter novum et
simile delictum, nempe percussionem, vel occisionem alterius
Clerici. Neque ex tali facto sequitur ulla inducendo repug-
nantia, ex eo quod primo censuram eiusdem gene-
ris incurrerit, ut aliam eiusdem generis in-
currere non possit, si delictum eiusdem generis
2.do admiserit.

4. et praecipua difficultas: Utrum possit
ab eodem judice, et in eandem personam ob eandem
causam multiplicari censura ejusdem rationis? Negant non
pauci admittentes solum a diversis judicibus, vel ob di-
versas causas posse multiplicari censuras ejusdem gene-
ris. Ita inter alios P. Castro Palao, disp. 1. de cen-
suris in genere punct. 6. Oppositum docent plures DD.res
P. Suarez, qui sententiam contrariam probabilem dicit speculative,
et proinde non esse reducendam ad praxim.

Difficultati resp. 1.mo
In eadem causa potest idem subditum a diversis judicibus
multiplici censura ejusdem rationis ligari. Ita expres-
se P. Suarez. hic disp. 5. sect. 2. Ratio est; quia
potestas unius judicis non tollit, nec impedit alterius ju-
dicis potestatem, ergo, potest causam exercitus duplicem censu-
ram ejusdem rationis promoveri. ergo in eadem causa
a diversis judicibus potest idem subditus ligari mul-
tiplici censura ejusdem generis. Ut si homo sit ex-
communicatus a jure propter aliquod delictum, simili
censura potest ab homine ligari. Major mihi cer-
ta est: et eadem, ac nunc etiam probant a simili: nam
multoties idem homo propter idem delictum incarceratur a
judice unius tribunalis, et qui in Carcere est demanda-
to judicis tribunalis alterius eodem tempore in carcere
et vinculis detinetur.

Posset insuper multis aliis exemplis
declarari simul, et confirmari, nam multiplici titulo eadem

obligatio

obligatio sequuntur induunt, sic ad diem aliquem colendum
ut festum obligamur, qui incidit in dominica, et ratione
talis diei, nempe dominicae, et ratione specialis festi. Sic
etiam ad diem specialem jejunij servandum obligamur
duplici titulo, si Vigilia incidat in Die quadragesimali,
Id demum facile constat ex diversis promissionibus,
sive expensionibus, quas fecit v.g. Dominus parcen=
di filio, vel servo, quem punire statuerat, oriunt enim
diversae obligationes civiles, et politicae, si, nimirum pro=
miserit diversis hominibus filio, vel servo parcere;
quia neque impedit potestas unius judicis potestate al=
terius diversi, neque dat impedimentum, ut idem subeat
multiplici censura legat a diversis judicibus, etiam
si censura sit ejusdem generis.

R. 2. ~~[illegible]~~ crescente contu=
macia, et perseverantia in eodem delicto, potest delinquens
puniri non solum censuris diversi generis, sed censuris etiam
pluribus ejusdem generis, pro ab eodem superiore. Ratio
Censurae [illegible] illa eadem est, quam modo assignavimus.
~~[illegible]~~ enim sicut praxis delicti, et contumaciam primo
infligit censuram, pari quoque modo, si crescat contumacia
novus titulus, et novum fundamentum dat, ut 2.a vice quae
infligat censuram non solum diversi generis, sed, ejusdem gene=
ris etiam. Et ita docet Pater Suarez ex quo qui in
illo casu negat cui incapacitas ad novam censuram, nec ju=
dicis potestas exhausta est per inflictionem primae censurae:
ac recens nova contumacia, sive perseverantia libere ad=
hibita digna est nova poena; quia hac de causa potuerit ite=
rari ejusdem generis censura ob eodem scelere.

Quaeres =
tamen: quem effectum parturire possunt eiusdem generis re=
petitae censurae? Et ratio dubitandi est: quia eos effectus, quo
privat multiplex censura, si haec sit ejusdem generis,
sit eodem fortius, sive eadem non fra, erit quasi fra:
semel posita unica privatione unica, et indivisibilis
fieri, 2.a privatio nihil inveniet, quo privare posset;
ergo nullum sortiet effectum, et nulla erit censura de novo
adveniens: sic enim accidet in formis physicis indivi=
sibilibus, quarum unica negatio tantum poni potest, non
enim negatio suscipit magis, et minus, cum consistat
in indivisibili. R. Censuras esse quidam esse morale,
et proinde bene posse etiam esse effectum illum
privationis, quem causant censurae. Sunt enim quae=
dam obligationes ad abstinendum ab aliquibus bonis
spiritualibus. Quare effectus, quos causant plures

Censurae

Censuræ sit plures obligationes morales abstinendi ab his, quibus censura privant, quia Vlt. quælibet censura est titulus sufficiens privandi hominem illo commercio, sive participatione, ut in exemplis a nobis allatis cernitur.

Hinc sciat quid respondere debeat ad rationem dubitandi. Damus libenter negationem cuiusque formæ physicæ esse unicam, et indivisibilem; proinde quia semel posita tali negatione nihil illius restare ulterius ponendum, formæ tamen moralis dicimus esse, et dari posse multiplicem negationem, sive privationem moralem, ut patet in homine detento in carcere de mandato duorum judicum diversorum potestatis, ille enim hoc duplicem quasi privationem libertatis habet, quatenus licet de mandato unius judicis solvendus esset, sufficienter adhuc detinetur in carcere propter mandatum alterius judicis. Adde quod sicut negationes physicæ in se sunt indivisibiles, et unicæ in causa tamen plures esse possunt, ut si hic det ignis, duplex quasi negatio frigiditatis dabitur in causa alia ratione saltem ignis, et alia ratione ultimæ dispositionis ad ignem, quæ incompatibilis etiam est cum frigiditate.

Q. hæc clarius percipient in moralibus. Eandem enim rationem dubitandi posses afferre in homine peccatore admittente denuo plura peccata lethalia: si namque primum peccatum mortale adduxit privationem gratiæ sanctificantis, et privatio unica et indivisibilis est, sicut forma, quam privat est est indivisibilis, quam, rogo, privationem gratiæ sanctificantis afferre possunt denuo posita diversa peccata lethalia? Quod huic omnium difficultati, respondendum est, respondere debes in præsenti: nempe, quod privatio moralis, sicut moralis forma, quoad suos effectus suscipit magis, et minus, et sic se habet multiplex censura illata ab eodem homine respectu privationis bonorum spiritualium; ex eo namque, quod multiplex censura proveniat a diversis actibus, sive voluntatibus superioris habentis jurisdictionem, multiplicantur tituli, et ligatio excommunicati; sive ferantur ab eodem judice in diversa causa multiplex censura ejusdem rationis: sive in eadem causa diversi generis censuræ a diversis judicibus ferantur: sive denique in eadem causa, et ab eodem judice ratione aggravationis ejusdem rationis multiplex censura feratur. Discrimen

enim

enim moralis causæ, et moralis sit à causa, et
sic physicis manifestum, manifestant etiam disparitatis ostendi.

2.^dum in hac sectione exponendum id erat,
Utrum Ult. in instanti, in quo hic censuræ incurrit
debeat libere delinquere? supponit dificultas ex parte
subi capacis proxime censuræ requiri culpæ, ut censura
ipsa incurrat: et inquirit de tempore, an
in ipso instanti incursionis censuræ debeat ei peccatis,
l, suficiat, quod ante instans incursionis censuræ
peccatis stiterit? Supponit deinde ex supra dictis
Ecclesiam suis censuris non privare hominis interna
communicatione, quæ fit per charitatem, et supponere eum
ei privatus tali communicatione per peccatum mortale.
Quare potest excommunicatus ad hunc manere hic, et
sub statu excommunicationis reverti ad Deum, et frui
communicatione, quæ mediante charitate. Supponit demum
censuras non incurri sine libertate actionis propter
quam imponit, l, in actione ipsa, l, saltem in
causa, ut iam notavi. His suppositis.

R.º dificultati
incurri posse censuram in quo in eo instanti, in quo libere
non delinquit propter actionem, quæ sit in causa libera
libera voluntaria, et imputabilis, ita P. Suarez
Navarrus, Avilla, et frequentes DD. Resolutio
est sancti juris sponsis: quia si fuerit censura
imposita delinquenti percutientes Clericum, et Titius
Clericum percutiat, Titius non incurrit talem censuram
donec Clericus moriatur: et, potest ex hictu,
l, percussione mori, quod Titius dormiat, l, sine libertate
sit alio de causa; si non requiret libertas
delinquentis ad incurrendam censuram in ipso instanti
incursionis. quod similiter si Petrus certo sciat se cum
dormit, l, cum se membrat solere arma arrigere,
et ferire, tenet adhibere debitam diligentiam ad
præcavendum homicidium. Et si talem diligentiam,
non præstet, peccabit, et incurrat irregularitatem;
ergo similiter Censuram poterit incurrere. Confirmatur
plus, l, saltem quod dictat ab incursione Censuræ
status dormis, et amentis, quæ status amentis, l, ebrietatis:
ergo hic, qui percusserit Clericum lethali vulnere, et
ante illius mortem doluit de peccato, adhuc incurrent Cen
suram;

suram: q. et qui similem causa dedit potiret censuram incurrere in eo instanti, in quo caret libertate.

Cum tamen posit ho dupliciter carere libertate posquam posuit actiones ex qua sequit alius censura punienduj, potest Vl. stingere, q. qui clericus percussit, q. percussus clericus morit, percussor dormiat, l. sit ebrius, l. amens ad tempus; et potest stingere, ut posquam clericum percussit moriturus ex tali vulnere, percussor incidat in amentiq perpetuq, logas: Utrum in utroque casu posit delinquens ille censuram incurrere, quumque ex tali percussione clericus moriat, et percussor sit sine libertate?

Ad solutionem difficultatis respiciant DD. memoriq censurae latae a jure, et censurae latae ab homine: ex quibus illa est, p modus legis generalis, et haec per modum particularis sentz. Qua supposita distinctione, P. Suarez cu alijs theologis respondent, q. si censura sit a jure, incurret in utroque casu, etiam si in instanti incursionis n. det libertas in incurrente; respondet que ulterius, q. si ho, qui in perpetuam amentiq incidit, miraculose redeat ad usus rationis, egebit absolutione, ut potio. qui re vera censura incurrit.

Rationem dedit istius resolutionis: quia Vl. censura lata a jure e lex generalis, et sine exceptione, et quambis in particulari esset, l. sperari n. posit emendatio intenta p legem, id stingit per accidens; q. si censura sit a jure incurrit ab homine etiam, qui incidit in amentiq perpetuq. Rationem affirmat: quia rebus illud n. e incapax censurae, sicut e incapax tio mortiuus, cu ille sit capax aliquorum sacramentorum: q. potuit censuram incurrere. Duo tamen addit P. Suarez huic resolutioni. 1mo hominem illum ei absolvendum ex Ecclesiae benignitate, sive dederit signa contritionis; quia sic fecit quantum potuit. Sive n. dederit illa signa; quia sic nulla est utilitas q. ille maneat censura ligatus, et absolutus posit iuvari Ecclesiae suffragijs, ut haberet a Deo locum penitentiae, l. fortasse doluit interius, quambis exterius n. stet. 2dm q. addit, addunt que communit reliqui DD. ex hominem cadentem in perpetuq amentiam n. ee ab homine censura ligandum; q. censura ab homine n. fert

per

per legem generalem, et per Sententiam datam particularem ~~tantum~~ Personam: et, ubi lex non distinguit debet debet distinguere sententia, et inveniri finis adequatus legis; quod in isto casu non debet ligari hic ille censura ab homine. Maior est certa, quod minor; quia in homine perpetuo amentia laborante inveniri non potest finis censurae, imo proinde, cum esset inutili censura nova, esset absolvendus si aliam incurrisset. Et demum docent isti DD. quod si hic censuram ferret dicto perpetuo amenti, licet male faceret, factum teneret.

Haec est omnium resolutio utriusque partis istius difficultatis, et quia omnium, mihi probabilior, ut tamen dicam, quod in re sentio mitius cum hisce miseris agendum videtur 1. stando iuri satis probabilis est opinio, quae docet legem generalem cessare respectu particularis personae respectu cuius cessat finis illius legis; quod cum censura sit medicinalis poena tendens ad salutem, et emendationem ac respectu hominis perpetuo amentis sperari non potest emendatio, cessat ea censurae respectu illius; quod ille non est capax censurae etiam a iure latae. 2. quia alter finis est in censura ferenda, et separando excommunicatum a consortio reliquorum, propter confusionem, et poenitentiam illius, quod per talem separationem reliqui non inficiant excommunicati moribus, et colloquijs: et hic etiam finis manifeste cessat in homine perpetuo amente; quod si quando perfecit delictum propter quod incurrere debebat censuram hic incepit esse in amentia perpetua, non est in statu incurrendi censuram.

3. quia perpetuo amens reputari potest, et debet, ut mortuus: est pene mortuus civiliter: quod dicta Ecclesiae benignitatem cedit adeo severa in miseros istum hominem inflictione censurae, quae poena est maxima ex hijs, quas imponit Ecclesia. Quod autem ille hic perpetuo amens huiusmodi delicti perfectus est, quando incidit in amentiam sit capax aliquorum sacramentorum argumenti non est, ut consequenter dicatur capax istius poenae. Et dupliciter probari posset: 1mo quia cum perpetua amentia opponitur finis

finis illorum sacramentorum, quorum est capax; immo idem dicit, et est capax illorum, quia eius statu amentiæ componit finis illorum sacramentorum: ut patet in Extrema unctione cuius virtus etiam est ad restituendam salutem infirmo. Non autem componit cum perpetua amentia finis principalis censuræ, nempe emendatio. 2. quia maior est Dei, et Ecclesiæ benignitas in peccatores, quam justitiæ rigor in eosdem: et maior est Ecclesiæ, quam civilis potestatis benignitas: sed civilis potestas non punit homines perpetuo amentes illis pœnis, quibus damnat homines delinquentes ex malitia, et peccatis perficientes, qui rationis usum habent; ergo peccatis perfectis qui homo incidit in amentiam perpetuam benignius puniendus est, quam pœna censuræ. Aliæ enim sunt pœnæ, quibus puniuntur amentes, et aliæ quibus puniuntur rationis usum habentes. Sectio 5. Quæ supersunt dificultates ad disputationis complementum exponuntur.

Sectio, 5,

Quæ supersunt dificultates ad dysputationis complementum exponuntur.

Conditiones requisitas ex parte subiecti censuræ incurrendi ad 4 reducens, ut videlicet tale subiectum sit homo viator, baptizatus, adultus, subditus, ac delinquens: de quibus præcipue quædam dixi, et singulares aliquas dificultates iam expono. 1. sit certa conditione delicti, in cuius pœnam ferenda est censura: utrum videlicet homo innocens in sententia, in foro tamen exteriori reus, eo quod iuridice probatus sit illud deliquisse, incurrat re vera censuram, si iudex eum excom-

unicat

allegata, et pro tali censura damnet? Affirmative respondet S. Thomas in 4. dist. 18. q. 2. art. 2. quaestiuncula 4. quem sequuntur non pauci, inter quos est noster Vazquez in opusculo de Excommunicatione. Oppositum scilicet in scientia non posse hominem illum censura ligari contestantur docent Navarrus, Avila, Gaspar Hurt. Castro Palao, et alij. Respondendo tamen ex distinctione unice ex P. Suarez, quem sequunt[ur] recentiores nobiliores, dico asserendo hominem illum non ligari censura in scientia, quo ad aliquos effectus: ligari vero quoad aliquos alios effectus censurae hominem illum quantumvis innocentem, qui iuridice delinquens iudicatur.

2a. pars resolutionis defendit ab Alber. in scientia, et alijs omnibus fundis probatur. Nam effectus censurae, qui est quasi praeceptivus Ecclesiae v.g. ne quis audiat Missam, ne celebret, vel sacramentum recipiat in talibus, et talibus circumstantijs non solum potest esse, et poni ab Ecclesia quando adest culpa; sed etiam quandocumque, licet causa non adsit id expedierit ad Ecclesiae ipsius auctoritatem sustinendam, et vitandum scandalum: sed in eo casu cederet manifeste in Ecclesiae detrimentum, si ille coram scientibus sententiam non obediret Ecclesiae, sed ut se gereret ut censura ligatus. Igitur iure merito ne id praecipiat Ecclesia, et quo ad hos effectus ille ligatur censura, quantumvis sit alienus a culpa.

In hoc sensu intelligenda sunt verba illa Sanctissimi Domini Gregorij homilia 20. in Evangelia: Sententia pastoris, sive iusta, sive iniusta timenda est. Aliter alij etiam sensus patiant; similia verba habet Urbanus Pontifex in Epistola sua decretali, cap. 5. Timenda videlicet est sententia, ne fiat sententia non accusat, Reus fiat scandali hoc ille eo transgressione censurae necessario emergentis, et quidem recte statuit, nam iuste tunc superior praeciperet, ex iuste sententia fieret: sed cuius generis fuerit culpa, talis illi corresponderet poena: exterior poena videlicet, ut abstinentia a commercio exterior exterioris culpae. Unde.

3. pars resolutionis videlicet.

Q.

q. ille ho n. tineat talii senta quo ad aliquos, imo praeiudicium Censurae effectus, p. Nam potius ad ferendum Censuras tradita fuit a Xpto D. suae Ecclesiae in aedificatione eiusdem, et n. in euersione: d. si in scientia ligaret ho ille tali censura, quo ad omnes illius effectus, potius ad ferendas censuras esset tradita in destructione potius, quam in aedificatione Ecclesiae; p. ho ille n. tenet tali senta quo ad omnes effectus Censurae. Ma. certa: p. mi. nam q. ho ille, qui de uera innocens e Careat Ecclesiae suffragijs, et orationibus in euersionem eiusdem hominis e: p. &c. Ita p. quia n. e credibile Ecclesiae uelle priuare illis bonis spiritualibus hominem, quem Xptus Dominus, illis n. priuat. Ipse autem Dominus cordis mocentiae intuetur, et uictum Ueneratur homi, n. uult illum priuare communicatione bonorum bonorum: p. &c. Et hinc sumit confirmatio facti arguti: quia n. incurrit censura de uertam, et prudentem intentionem ferentis: d. prudens, et iuxta intuitio potentis ferre Censuram e, q. qui de uera reus n. e, re uera n. puniat, neque subiendat pena proprii delinquentiae: p. ho ille n. omnino ligat censura.

Quid p. faciet ho iste, cum neque omnino sit ligatus Censura, neque omnino liber sit ab illius effectibus? R. in foro exteriori se debere gerere ac si esset excomunicatus, nam in interiori n. esset priuatus suffragijs, et orationibus; quare publice n. posset sacramenta recipere: posset tamen occulte, dum sine escandalo id faciendi occasione n. natus esset — propterea dixi in foro exteriori debere se gerere, ac si de uera deliquisset, exo quo infertur. i, q. si denuntiaret, quia talis e excomunicatus q. sacramenta recipisset, et id iuridice probaret posse a Iudice puniri, et in foro exteriori

exteriori, et irregularis tractabitur. Inferes 2°.

In foro exteriori suspensus est illius hominis jurisdictione — non vero in foro interiori. Quare si absolutionem impenderet a peccato, vel a censura, vel dispensationem alicuius voti valide actus exerceret; non enim per exteriorem sententiam, et excommunicationem ligatur forus interior: nec aliter Ecclesiam intendere hominem illius censura ligare recte probat P. Suarez hic loco et exemplis.

Nec dices hanc jurisdictionem numerandam non esse inter bona spiritualia, quae pertinent ad bonum animae, quia per se haec jurisdictio non ordinat ad bonum habentis, sed ad bonum aliorum; proinde non posse hominem illum tali jurisdictione privari per eam sententiam; hoc enim non obstat, nam licet haec jurisdictio non sit absolute ex bonis spiritualibus hominis habentis eam jurisdictionem, est tamen res magnae existimationis apud habentem, et respectu Ecclesiae pertinet ad illius bonum commune.

Inferes 3tio hominem illum tali censura ligatum non manere inhabilem ad beneficia, dignitates, et titulos ecclesiasticos honores absolute loquendo. Quare beneficii collatio illi homini facta esset valida, si non posset ante collationem absolutionem petere, et obtinere. Imo, licet posset ante collationem beneficii absolutionem recipere, et ex negligentia propria talem absolutionem non obtineret, adhuc collatio illa esset valida ut expresse habet P. Suarez, et ratio eadem est, ac in 1a resolutione; quia licet quamvis haec bona absolute loquendo non sint spiritualia, tamen adeo sunt gravis et magnae existimationis, ut propterea non efficaciter auferenda sint per istam censuram, quae est, vel causa delicti, vel ex omnis boni expepere videatur. Unde formatur argumentum contra hanc illationem: In isto casu, neque causa est, cur ne ciere non fuerit delictis, sed hic ille nocens sit; nec ex omnis boni, prohibeat, ut eius modi bona per talem Censuram auferantur; sed quomodo excipiat hic ille

ille habeat collationem beneficij, valida erit collatio; siue homo
ille postulauerit, siue non postulauerit absolutionem a tali censu-
ra: eius. Prob. et de prima illius parte, iam constat: quod autem id
siue bono communi non postulet, ut homo ille in re fiat in-
habilis per talem censuram: et inde collatio beneficij inualida
sit ante absolutionem, ita prob. Nam commune bonum solum
spectat, ut sententia censurae uim habeat per culpam eo modo,
quo culpa est, et prob. quia culpa solum est in foro exteriori; quod
in hoc solum iuxta est sententia, et in eodem solum uim
habet eo modo, quo culpa uim habere uidetur; sed commune
bonum solum postulat in isto casu, quod si collatio beneficij ta-
li homini facta probaretur, posset irrita declarari; non uero
postulat, quod fuerit inualida collatio.

Hinc autem emergit noua
difficultas, et augetur modo proposita: quare Rogas. 1. Utrum
si homini illi, qui ante absolutionem optinuisset collationem ali-
cuius beneficij, talis collatio probaretur, et iudex declararet
inualidam, et irritam fuisse talem collationem, eo ipso reddat
ur uera irrita, et non solum in foro exteriori talis collatio?
affirmatiue respondet P. Suarez arcens eius hominem in ta-
li casu cadere beneficio, et irritam reddi collationem hac ultima
iudicij declaratione. Ratio: quia, licet actiones antea
quibus homo ille censura ligatur in foro exteriori fundent
in sola presumptione, seu probatione facti, et ideo in foro in-
teriori non ligetur tali censura; posquam tamen sic pro-
cessit ad beneficij petitionem, et collationem, absolutione non
petita, et ipse uoluntarie se exposuit incomodo irritationis co-
llati beneficij: et quod irrita fiat talis collatio iam incipit expe-
dire bono communi totius Ecclesiae: quare ultima sententia declara-
toria post tot gradus ualida sit quoad irritationem colla-
tionis beneficij. Aliter namque procederet ansa, ut ab homi-
nibus exponeretur auctoritas Ecclesiae: licet enim careret hec
in exgesiet sine culpa, tamen hucusque progredi non potuit
sine illa. Rogas. 2. Unde proueniat, quod homo ita excomunica-
tus debeat se gerere, ut talis in foro exteriori? an bonae
charitatis, et uitandi excandali necessario emergentis

ex

ex eo quod ille non se gerat, ut censura ligatus; vel, an ratione obedientiae, quam subditus praestare tenetur superiori recte praecipienti? Respondeo non solum ratione vitandi scandali, sed ratione etiam obedientiae illius hominis obligatum esse ad parendum tali sententiae in exteriori foro. Et ratio est: quia ex eo scandali occasionem praeberet, quod se non gereret, ut excommunicatus, sed, quia ita non se gerere esset non obedire recto praecepto; quod scandalosum esset, quia praeceptum iustum habet cui pro suo libito non obedit. Unde ista obligatio parendi, scilicet in foro exteriori, non esset obligatio solum ex charitate de vitando proximi scandalo: haec enim obligatio ex charitate daretur etiamsi esset iniusta censura defectu probationis, vel alterius requisiti: sed esset obligatio obedientiae orta ex iusto praecepto.

2a difficultas, ut subiectum Censurae generaliter loquendo possit esse Communitas, vel necessario debeat esse Persona singularis? Respondeo generaliter loquendo non opus esse, quod subiectum Censurae sit Persona singularis, sed posse esse Communitatem. Resolutio communis est, et communis ratio: quia licet expresse habeat in capite. Romana de sententia excommunicationis in 6. quod Censura excommunicationis non possit cadere in Communitatem, ut talem, tamen Suspensio, et Interdictum cadere possunt in Communitatem: sed Suspensio, et Interdictum sunt propriae Censurae: ergo Censura in generali non postulat determinate tanquam subiectum singularem Personam, sed, illius subiectum potest esse Communitas. Requirit tamen, ut Personae, vel Persona, ligandae Censura, licet non sint Personae singulares, sint Personae certae, vel quod definita intentione in illas feratur Censura, et non confuse in hanc, vel illam Personam: Et ratio est, quia, licet in physicis quibus actio fieri debeat circa subiectum determinatum, ut calefactio in ligno determinato; ita in moralibus actus ferendi Censuram debet ex intentione ferentis sibi determinare subiectum. Quod idem in materia de Sacramento certum est; non enim fit sacramentum nisi circa definitam, et certam materiam ex intentione Ministri, haec autem determinatio Personae recte dabitur, licet ignoretur Persona determinata, dum in circumstantiis designatur; et ita designantur Personae in censuris latis a iure, et in iis, quae feruntur ab homine debet Persona determinari, ut Petrus, Paulus. Vel determinari delictum, ut furtum, Homicidium.

3a.

3ª Difficultas. Utrum, ut ho censuram incurrat, 25;
debeat sci Ostiis censuram, tum comitantis, tum subsequentis ad delictum, praecipue si Censura incurrenda sit ab homine. Ratio dubitandi est, quia si incursurus Censuram illam ignoraret cum Censura fertur, tum qdo ommisit delictum, tum etiam subsequenter ad delictum ipsum, neque ostiis penitus de fiat; quod qui tale delictum admisit subsequenter maneat Censura, quamvis dicat, quamvis dicatur homines ignorantes incursionem Censurae illam incurrere: non obtinebit finis ipsius censurae, nempe, quod sit remedium, et medicinalis poena delicti. Nec homo salutem desiderabit, cum ipse medicamentum ignoret, et poenam non sentiat; nec effectus morales proprii censurae sequentur ex tali censura ignorata ab illo homine; quia non obligabitur abstinere a sacramentis, et communicatione fidelium. Carere, nec erit medicina, nec pura poena talis censura Neque ob ignorantiam incursionem eiusdem censurae. Omnis sententia asserit, non obstante ratione dubitandi, non requiri eiusmodi scientiam in incursuro Censuram. Unde omnes docent Auctores in absentem, et ignorantem ferri posse excomunicationem. R. in eo casu non incurri Censuram quoad omnes suos effectus: absolute tamen dicendum est, quod incurrat. Non incurrit quoad omnes suos effectus; quia ut dictum est in ratione dubitandi non potest esse Censura pro eo statu invincibilis ignorantiae medicinalis poena: neque potest causare desiderium in homine se liberandi ab illa poena, quam se ignorat incurrisse: ergo non potest incurri Censura ab homine sub illa ignorantia. Quod declarat, et simul probat Ostia. quia sicut homo ignorans vulnus lethale, quod re vera patitur, nequit sub ea ignorantia desiderare vulneris curationem; Et sicut ignorans virtutem alicuius medicamenti, nequit illud, ut tale desiderare, ita, qui ignorat se excomunicatum esse, et Ecclesiam adhibere Censuram, ut poenam curativam excomunicatis, nequibit desiderare salutem, neque effectus reddet ex incursione talis poenae, quod autem, licet ignorans=

norans illo modo non incurrat Censuram in omnes suos effectus, absolute tamen illam incurrat; Et proinde ille, quantumvis ignorans privet Ecclesiae suffragijs, ita quod: nam cum ea ignorantia bene stat, et recte ponit, quod homo ille posuerit causam materialem, nempe delictum, et simul cum illa ignorantia stat potestas Ecclesiae ad ferendas Censuras: quod vero absolute loquendo ligabit Censura homo ille.

Rogas; quid prosit ignorantia Censurae illius hominis, si revera absolute Censuram incurrat? Respondeo posse ignorantiae fieri, ut si homo ille contraveniat Censurae, ut si suspensus celebret cum ignorantia suspensionis, ut non incurrat irregularitatem. Quod autem absolute illam incurrerit, non tollitur defectu illius incursionis irregularitate: Imo firmat: Nam, ut communis sententia docet statim à juridica pronuntiatione Censurae, Censura incurrit, licet non dum fuerit intimata reo, dixi de scientia, et ignorantia Censurae concomitanti, aut subsequenti delictum, nam de antecedenti Censura notitia est. 4.

Difficultas: Utrum in Censuris, praesertim, quae Censurae sunt ab homine, requirat semper, ac praecedere debeat Iudicis monitio facta Reo? Non procedit quaestio de monitione illa, quae eadem est cum promulgatione sufficienti legis imperantis Censuram in poenam committendi delictum. Postquamquod, iam haec legis sufficiens promulgatio est quaedam monitio. Procedit ergo difficultas de monitione ad ferendam Censuram pro peccato praeterito, et praesenti. Et quaestioni ita propositae Respondeo 1.mo Ut feratur, et incurratur Censura, non per modum medicinalis poenae formaliter, et per modum purae poenae, non requirit, quod praecedat monitio distincta à legis promulgatione, et facienda Reo per Iudicem.

Resolutio colligitur ex Patre Suarez, et illam expresse docent Pater Avila, et alij, tum ex nostris, tum ex externis. Nam externus requirunt hanc monitionem praecedens incursionem Censurae, quatenus haec poena est medicinalis et causam debent desiderium salutis, et confusionem in peccatore: et, quod Censura est pura poena non gerit vias medicinalis=

Medicinalis poenae: ergo non debet praecedere monitio, ut incurrat Censura per modum poenae poenae.

Resp. 2.do ut Censura fierat, et incurrat, ut talis, sive per modum medicinalis poenae curativae contumaciae, praecedere debet monitio: est certum. Nam in eo casu, ideo ponitur Censura, ut non committentur delicta, et contumacia curet: ergo ut contumacia contineatur dentur, debet Reus ante Censurae incursionem a Iudice moneri. Ans est certum, ut patet ex dictis. Consequentia probatur. Nam alioqui non dabitur contumacia, quae per talem medicinalem poenam curetur: ergo ut detur contumacia per hanc poenam curanda, debet praecedere monitio. Imo adeo exigit quod monitio praecedat, ut aliter non valeat Censura, nec talis sit, ut exemplo declarat, nullum erit pharmacum proxime curativum vulneris, si vulnus non sit: sed, vulnus Censura curandum tanquam medicinali poena est contumacia: ergo Resp. Ctiam probo. Nam contumacia non est, ubi monitio, neque comminatio non praecedit. Non enim qui libenter delinquens, eo ipso, quod delinquat dicitur contumax: Haec in genere modo diximus, reliqua cum de Excomunicatione tractemus dicenda erunt.

5ta Dificultas. in quirit in particulari de personis, quae possint Censura ligari; estque, Utrum Episcopus Romano hay Conat. ——

Estque: Utrum Episcopus possit ab Archiepiscopo nodari censura. R.o 1.o posse quidem in iure antiquum ligari Censura ut haec est poena mere punitiva; non vero posse in iure novum Concilij Tridentini. Ita multi DD.s apud PP.s Suarez, et Abila. R.o 2.o posse Archiepiscopum contra Episcopum Censuram ferre per modum praecepti. Quia id erat ~~[illegible]~~ de iure antiquo=

antiquo, et merito ad Archiepiscopum pertinet suam Iurisditionem defendere, si quidem aliter esset diminuta illius potestas. Et si expectandus esset recursus ad Pontificem incomoda multa, imo, et schysmata orient. Et, non est retrahendum ius antiquum per aliquod novum. Quae Rta. Mar. expresse habet in Cap. Pastoralis de Offitio Ordinarij.

6a. Utrum Imperator, et Rex ligari possint censura? Possunt tantum suae summi, et a Pontifice, non vero a particulari Episcopo propria authoritate; sunt enim Imperator, et Rex particularibus privilegijs quo ad hoc exempti. Vide Pm. Suarez. et Avila. 7. Utrum Episcopi ligentur Excomunicatione latta a Pontifice? Rt. Episcopos generali Censura Excomunicationis a Pontifice lata ligari, nisi illorum fiat exceptio. Non tamen ligari Censura suspensionis, et Interdicti a Pontifice generaliter lata; nisi expresse fiat illorum mentio, quia quo ad haec excipiuntur a iure.

8. difficultas procedit de Advenis, et Peregrinis, cui respondeo Peregrinos, et advenas alicubi morantes non ligari censura generali locorum. Ita. Resolutio dictis a nobis in Mata de legibus. Deinde addo: pro eisdem subditos extra suam Diocesim, et in loco exempto intra illam morantes non incurrere Censuras sui Episcopi quod verum est, quantumvis delictum inchoatum sit intra propriam Diocesim, et ratio est, quia Episcopi Iurisditio non vagatur extra proprium territorium. Ita Avila cum Diana, et alijs summistis, ac expresse Suarez, a qua tamen regula excipiendi sunt Regulares subditi, qui ubicumque extiterint possunt a suo Superiore per particularem sententiam Censura enodari.

Diximus in parte de subjecto Censurae, et ideo in parti etiam dicendum est de potestate ad illam ferendam. Quare haec sit ultima difficultas, quis nam Vle. possit Censuras ferre? Rto. breviter, quod possunt illi omnes, qui habent Iurisditionem. Unde Summus Pontifex habet potestatem ordinariam ferendi Censuras in toto Orbe ——

Item =

Item legatus a latere in tota Provincia Provincia ad quam 27.
mittitur. Episcopus in suo territorio per ordinem ad suos sub
ditos: et hac potestate gaudet Vicarius generalis; simplex
tamen Parochus cum jurisdictione non habeat in foro ex
terno, neque potestatem, etiam tamen, nisi de legitima consuetu=
dine aliud sit usus. Capitulum, Sede vacante, et illius=
Vicarius tali potestate gaudet.
Rº 2. feminas non posse ex
jure communi censuras ferre, neque homines, qui Clerici non
sunt ex eodem jure. An autem feminae sint absolute ca=
paces potestati ad ferendas censuras indubium verti pos=
set: et Dubio resp. 1. non posse Praelatum summo Pontifice
inferiorem feminae, nec viro layco talem potestatem con=
cedere, quia id expresse repugnat juri communi. 2. Rº
Summum Pontificem talem potestatem posse concedere, quia
id non repugnat juri naturali, neque divino, sed pontificio
tantum. Et de facto alicubi Abbatissae conferunt beneficia
quae sunt aliquid spirituale. Ad finem addo eum qui ha=
bet potestatem ordinariam posse illam alteri delegare (non
vero qui delegatam habet) sed non layco, ut dictum est, neque
clerico coniugato, aut bigamo. Unde nequeunt isti
Vicarii generales instituti ab Episcopo. Dubº 3. de
Causis propter quas Censura ferenda: num delicto
circumstantiis ad illius incursionem. Sectio 4. Eius praesen=
tia requiratur ad incurrendam censuram?

Eius.

Egimus hucusque de causa efficienti, sive de potestate, a qua
infligi potest censurae poena; necnon de subiecto illas incurrente,
ac de conditionibus ex parte subiecti requisitis: proximum erit,
ut rerum ordo postulat, inquirere de causa, sive occasio-
ne, propter quam fertur censura ab illa potestate, et incurri-
tur ab isto subiecto: est enim haec materia censurae, et, ut aliqui
dicunt, proxima: ut vero alij dicunt, remota; quemadmodum
peccata sunt materia Sacramenti Poenitentiae. Et licet pro illius
notitia aliquae constent ex dictis; praecipua hic discutienda
erunt. Inquiro primo quodnam peccatum, vel culpa requiratur ad
incurrendam Censuram; nam suppono, ut certum est causam
censurae debere esse peccatum: quod aperte ratio suadet. Est enim
Censura poena quaedam, et medicina: quare poena non est ubi non prae-
cedit culpa, neque medicina locum habet, ubi salus integ-
ra est; ergo locum non habet censura, ubi peccatum non praecessit;
quare non tam quaeritur de peccato, quam de peccati qualitate.
Nam ex nulla culpa nulla oritur censura, quamtumvis
clericus quis occiderit.
Potest vero culpa sumi theologice, vel iu-
ridice, et theologica potest esse venialis, vel mortalis: de singu-
lis procedit quaestio: quare, quoniam de culpa iuridica, quae quae
tantum est culpa in foro exteriori, satis dixi praecedenti
disputatione: ad theologicam procedamus. Conveniunt inter Auctores, et ideo
suppono. primo propter originalem culpam non ferri censuram. Ratio est:
quia originalis culpae punitio est propria Dei, et extra Ec-
clesiae potestatem: cum Ecclesia non nisi baptizatos censura pu-
niat, et originale peccatum hominem ante baptismum praeveniat.
Suppono
2. Censuram gravem, non nisi propter grave peccatum infligi,
ita ut aliter lata gravis censura sit invalida: unde non
valet maior excommunicatio, vel, gravis suspensio, vel, interdictum
grave latum pro peccato veniali, verbi gratia pro levi furto; et
ratio est: quia poenae proportionari debent culpae: quare, gravissima poe-
na est omnino improportionata levi: ergo gravis poena censu-
rae infligi non potest, nisi propter peccatum grave.
Propter
peccatum vero leve ferri potest levis censura, verbi gratia minor ex-
communicatio, ut tenet communis sententia, et praxis docet:
nam de facto incurritur propter communicationem in humanis
cum excommunicato denuntiato, aut publico Clerici per-
cussore; et ratio proportionis requisitae inter culpam et poenam id
facile suadet. Fieri tamen potest, ut peccatum ex se
veniale

veniale fiat mortale ex circumstantijs, et tunc erit mata gravis censura, ut si ex eo grave aliq. scandalum oriatur, Exemplum Omnium a quo AA. si Vg. Episcopus sub gravi censura prohibeat Clericis, ne comam nutriant. 28.

Hic, licet certa sint posset scrupulum movere, 1.mo quod dixerimus, minorem excomunicationem posse ferri propter veniale peccatum. Certum enim est, quod cum excomunicatio minor privet passiva receptione, sive participatione sacramentorum, ti potest ri inferre grave damnum; cum leve non sit privari fructu percipiendo ex sacramentorum receptione: ergo cum bonum hoc grave quidem, sit illius privatio, gravis erit pena: ergo non servabitur proportio, si propter levem culpam minor Excomunicatio infligatur.

Scrupulus 1.us ita avertit in privatione passivae participationis Sacramentorum, quae est effectus excomunicationis minoris non est attendenda praecise ipsa privatio: sed, ipsa prout subest facillime ablationi, et licet ipsa in se gravis quid censeat; eadem tamen, ut facile amobilis, non gravis, sed, levis pena censetur. Potest enim quo ab illius vinculo se facile expedire; cum possit ab ea absolvere quilibet simplex sacerdos, qui jurisdictionem habet in peccata venialia, ita docet D. Thomas, Navarrus in Summa, Castro Palao, et alij.

2. Alius, et idem versatilis scrupulus in contrarium movet hoc modo. Maius malum est quodlibet peccatum, etiam veniale, quam quaelibet pena. Ea enim est naa culpa, ut penam etiam gravissimam excedat: ergo pro veniali culpa, gravissima etiam censura potest infligi; Scrupulosum rursus angit haec confirmatio, de facto pro venialibus gravissimas penas, tam damni, quam sensus subeunt Animae Justorum in Purgatorio. Imo in inferno damnatorum Animae pro venialibus simul cum mortalibus culpis aeternum duraturis penis cruciantur. Atque plus quod posset iure Deus decernere, ut pro veniali peccato aeternos pateretur cruciatus: ergo non hic scrupulus, sed, ingens movet difficultas.

Respondent aliqui. 1.mo distinguendo an… praecipui argumenti: quodlibet veniale maius malum est, in

eo.

ed culpæ, quam quælibet pœna; Concedunt; est maius malum absolute, aut in eo genere, negant ans, et simul Cõtiam. Video terminos distinctionis aliqua confusione laborare. Ideo melius, forsan, respondent alij: 2. Concesso ante, negando Cõtiam, et quidem bene, quia nulla est, siquidem hic non valet argumentatio. Quodlibet peccatum etiam veniale, maius malum est, quam quælibet pœna: ergo iuste Iudex propter venialia hominis damnaret ad mortem: non enim sufficit, quod ille sit excessus malitiæ comparatione facta cum pœna, ut inde inferat quamlibet pœnam posse imponi ab homine pro qualibet culpa ed.

3.tio resp. distinguendo ans. Maius malum est peccatum veniale 2m se, quam quælibet pœna, concedo ans. est maius malum, sive improportionatum propter subest facillime oblatiotioni, et absolutioni, nego ans; et simul Cõtiam. Ut enim pœna prudenter correspondeat culpæ servari debet proportio; non solum inter culpam, et pœnam, sed etiam inter ipsam, et Superiorem, a quo pœna infligitur ut modo dicam. Proportio autem inter pœnam, et culpam hic manifeste aparet, videlicet inter culpam facile extrahibilem qualis est venialis, et pœnam facile auferibilem, qualis est minor excommunicatio. Qua proportione inventa et servata, opus non est aliam ostendere de æqualitate, seu inæqualitate mali in ed culpæ cum pœna in esse mali. Ut bene dicit in 2. solutione, quæ munis est.

§ Ad 1.am confirmationis partem de pœna correspondenti venialibus culpis in Purgatorio, resp. ed quidem graves pœnas iuste tamen, et proportione inflictas a Deo, cuius proprium est culpam omnino prius extinguere. Non tamen est arguendum de Superiores humani, ut paulo ante dicebam. Alioqui propter frequentissima venialia peccata, quæ committimus ✠ pœna mortis corporali damnandi essent venialiter delinquentes ab humano legislatore. ✱ Ad proportio enim hic requisitam inter pœnam, quæ infligit ad extinguendam cons culpæ, et ad illam puniendam Cons boni omnes hac in vita attendenda est persona et potestas Iudicis illam punientis propter diversos fines, inter culpæ, quamvis ei adeo ed

✠ imo, et propter singula pœna mortis corporales damnandi essent venialiter delinquentes ab humano legislatore.

✱ Adprobans

et ab homine, d. pro diverso fine obtinendo, et pro diversa potestate: semper v. servat proportio; ideo, ut omnino extinguat malitia culpæ, adeo pœnis illis punit illo in Purgatorio, casu, quo illo plene n. satis fecerit in hac vita et adeo gravi pœna punit; quia Deus solus æqua lance ponderare potest malitiam culpæ, tum quia usque ad plenam purgatam culpam n. erit apta etiam Anima susti gloriæ obtinendæ. Tum quia pœnæ ab humano iudice inflictæ, sufficiens culpæ purgatio ad cuius finem raro est. Et si servat quo ad malitiæ culpæ proportio cum pœna, quæ Deus infligit. Servat etiam inter pœnas ab homine inflictam, et levem culpam proportio, ut iam notavi, quia veniale n. solus leve est quatenus gratiam n. tollit, d. etiam quatenus facile remissibilis est, et pœna illi correspondens etiam est facile remissibilis. Et ad hoc modo puniendam levem culpam solum est potestas humana, edita etiam exigente illius punitionis fine. Ad confirmationis 2 partem de pœnis æternis damnatorum, quibus illorum venialia simul cum mortalibus puniuntur placet solutio Scoti, q. ult. posquam satis passi sunt pœnarum correspondentium venialibus, ab istis quodammodo liberi sunt quo ad novas pœnarum solutiones. D. magis placet alterius scolæ solutio, nempe, q. rone status, et n. pervie pœna sit æterna etiam pro venialibus: æternum enim dolebunt, d. sine fructu se, l. venialiter deliquisse, et cum locus n. sit in illo statu veræ pœnitentiæ; nec locus erit intermissioni pœnarum. Unde n. per se, d. per accidens illorum etiam venialibus culpis æterna pœna correspondet. Ad 3.um dico posse quidem Deum, etiam propter veniale peccatum hominis suo aspectu privare; uteret enim suo in creaturas dominio, et gratiam absolutionis iuxta pro suo libito n. reddere. D. quid mirum si id etiam liceret Deo, quantumvis nequius deliquisset illo, si ult. illum ad sui aspectum nollet elevare. Nullus ergo hinc ad humanum iudicem deducere licet argumentum.

quetum =

Dubia hæc ad speculationem potius, quæ ad praxim spectant: practica tamen hic movet difficultas aliud. Omnes statuta doctrina, et ita proponit. Potest pro peccato levi gravis infligi censura; quia si bene statutam est levi culpæ levem tantum censuram correspondere, displiceo experientia: si semel enim fiat ab Ecclesia censura gravis, nempe maior Excommunicatio contra eos, qui furati sunt magnam quantitatem, licet singuli partes leves furati fuerint. Vel contra eos, qui magnam numerorum summam furto ablatam inter se distribuerunt, ita, ut singulis, levis tantum contingeret pars: et contra eos etiam, qui vinum fructus subripuerunt, licet ex multis singuli parvam quantitatem fructus furati fuerint. Quia in hisce casibus cum singulorum furta levia sint, levem tantum singuli, sive venialem culpam admittent, veniali culpæ gravis censura correspondere potest pro pœna.

Diversimode respondent DD. huic argumento varius difficultate si parum se gravari sentiunt. Egregie inter alios difficultatem discutit Hispalensis Cardinalis de Lugo in opere de Iustitia, et jure materiam restitutionis eminenter examinans. Et aliqui non absolute, et ad probationem similiter negant, quia in istis casibus detur materia gravis censuræ, quia licet ex multiplici levi furto resultet grave damnum temporale domino, vinum etc. si tamen resultat grave damnum spirituale singulis furantibus, cum singulorum furta levia sint, et levia proinde, sive venialia peccata. Ita colligit ex Navarro in Summa, Covarrubias et aliis: eorumque doctrinam probabilem dicit Pater Castro Palao disp. 1. de Censuris. Oppositum docent PP. Suarez, Sanchez, Avila, et alii communiter ex Theologis, quos ex parte praecedentibus. Difficultati respondendo censeo non absolute, sed praemissa quadam distinctione.

Dupliciter

Dupliciter poss. hæc levia furta committi: 1.mo ita ut unus consilium det, et reliqui consilio se accomodent devastandi vineam heribus furati, vel ita ut, licet aliquis non sit qui consilium det, plures tamen data opera opere cirose ad furtum promoveant. 2. aliter contingere poss. hæc furta levia, ita ut v.g. ob plures casualiter, et fortuito heribus furati vineam debastent. Hac praemissa dist.ne

R.o 1.mo

Si consilio inito damnum grave inferant plures Domino vineæ, singuli levia furantibus grave peccatum admittunt, et proinde gravi subiacent censuræ. Resolutio facile p.r: Nam in isto casu singulares furta levia sunt tantum materialiter, et formaliter sunt gravia; uniunt enim inter se unione morali ratione consilij, vel voluntatis cooperandi grave damnum: ergo gravia singuli subiacent censuræ. Hæc certa est, et communissima doctrina, multisque posset exemplis confirmari: sic enim, qui proposuerit unico actu, vel se, vel per aliud grave damnum inferre proximo, vel in honore, vel in divitijs, sive propositum exequatur una vice, sive pluribus, et paulatim, grave peccatum committit. ergo etc.

R.o 2.do Si plures homines committunt levia furta non ex consilio, neque ex favore, neque ex voluntate quo adunati furta illa levia committant, id est ita ut alter alterius furti notitiam non habuerit, nullus ex illis peccat mortaliter, et nullus proinde gravi censuræ inflictæ propter talia furta subiacet. 1.a pars resolutionis communis est apud DD.s et merito; hæc enim prima via est explicandi peccatum veniale scilicet propter transgressionem præcepti in materia levi; ergo ita furantes venialiter solum delinquent. Suppono enim, quod materiam fuisse levem, et non dari consilium, neque favorem, neque aliquid aliud ex quo uniunt inter se furta illa levia, et singulorum furta quicumque ex illis attribuant. 2.a resolutionis partem ex hoc capite facile probo: nam, ut congruum est inter DD.s propositio

secunda

servanda e inter culpam, et poenam, ut haec sit certa, et proinde delinquentes comprehendat: et si tio gravi censura obstringatur ad restitutionem materiae levis furti; nulla servabitur proportio inter culpam, et poenam: quod Patribus dubitationis favebit admittendam quandiu in furantibus parva materia, durabit ignorantia quod levius illis furtis non intulerit grave damnum Domino Vineae V.S. D. Rogas: quid si plures coti casualiter concurrentes, ac diversis temporibus debastantes levibus furtis vineam, postea advertant se quidem vineam debastasse furtis illis, quantumvis levibus, et casualiter adversis: incurrent ne excommunicationem latam Domino Vineae vastatores? Incurrere etiam maiore excommunicationis, omnes, et singulos illos in isto casu, si damnum illatum non restituant quoad partem a singulis ablatam, defendunt plures DD. videndi apud Patrem Avila de Censuris. 2. parte cap. 5. disp. 2. dub. 3. ubi de re non pauca habet. Respondeo 3.tio mihi non solum probabilius, sed verum apparere loquendo communiter, et per se, eos homines ita debastantes furtis levibus vineam non subiacere gravi censurae. In cuius resolutionis probationem iterum primo rationem communissimam de proportione servanda inter poenam, et culpam, quae neque in isto casu servari poterit. Et insuper addo gravem censuram maiorem excommunicationis regulariter non esse infligendam non solum pro veniali, sed nec pro quolibet mortali, sed pro aliquibus tantum: nec... ...itimarent censuras, ut sapientissime monet Tridentinum Concilium; quo minus inter procedunt, qui eos peccatis tantum venialibus admitti supponant istis levibus furtis. Docent nihilominus partem illam, gravem censuram incurri, quare inter alios Pater Avila loco praealegato oppositam sententiam cum hac limitatione defendit, ut videlicet praesumatur Superiorem ita ferentem excommunicationem solum voluisse excommunicare graviter peccantes, scilicet per ablationem gravis materiae debastando vineam. Imo addit, quod si plures concurrerint ad furandum, sed casualiter mille annos

aureos; Vg. Et excommunicatio ferrat otra eosdem ut cogant restituere praesumendum est n. voluisse 32.
Praelatum hac excommunicatione ligare illum, qui unum tantum, d. duos furatus fuisset.
Obes tamen
2.mo finis excommunicationis n. illum est curare grave damnum spirituale peccati; d. etiam damnum grave Proximi resarcire respiciendo istius bonum spirituale, Ne Vl.^c Proximus damnificatus prae inopia desperet, d. exponat periculo furandi, d. committendi alia peccata: ergo quantumvis singulorum peccata levia fuerint, et singuli venialiter tantum deliquerint, poterunt nihilominus Censura gravi ligari, quousque singuli restituant partem ab ipsis ablatam.
Resp. in definitione Censurae nunquam AA. ita opinantes meminisse finis istius. Quare quasi de novo cadunt Ecani Censurae gravis. Dpr tertia admitto posse ferri Censuram, quae poena est, ut bono aliorum prospiciat, n. vero sine peccato gravi illius contra quem fert Censura. Pu casus accidat, ut ex pluribus illis furtis levibus debellet Vinea, et damnum, graveque periculum proximum spirituale immineat Proximo, idque totum sit hominibus illis, qui furtis levibus Vineam debellaverunt. Casum est, alterius generis, et obligationem ortam, n. tam ex justitia reponendi levem materiam furto allatam, quam ex charitate; et casus ita diversus a nobis decisus est, ubi diximus leve damnum posse fieri grave ex circumstantiis, cuius doctrinae plura sunt apud AA.^s exempla. Vg. ~~Si peccatum~~ si scandalus cavendi in peccatum grave adverteris te praebere Proximo aliqua actione leviter peccaminosa; tamen n. exit praeter circumstantias leves; similiter si acum a Sutore auferas n. habente unde acum emat, et grave proinde illi damnum inferas.
Quaeropit in eo casu, quo plures homines levia furta admisissent, et postea adverterent se levibus illis furtis grave damnum n. solum intulisse vineae alienae, illa Vl.^c ita devastanda; d. grave etiam spirituale damnum hac de causa imminere Domino Vineae incipiunt esse mortalis culpae rei; et proinde gravi subiacebunt censurae, sine Vl.^c specialibus circumstantiarum. Casus tamen

mutbus

mettus, et, ut opinor, extra presentes questiones: et qui ferè numquam reducunt ad praxim.

Obij. 2. In casu illo posset superior per censuram latrones præcipere singulis illis, ut restituant partem ab ipsis ablatam: d. si ita præciperet, et ipsi non obedirent, possent propter inobedientiam gravi censura puniri; ergo licet materia sit levis, potest nihilominus causa præcepti fierendi gravis censura. R.° posse superiorem id præcipere; non tamen suo præcepto inducere gravem obligationem, communiter loquendo in hoc, aut similibus casibus: supponimus enim furta fuisse levia; quare transgressio præcepti denuo impositi non erit gravius peccatum, quam transgressio præcepti naturalis existentis ante hoc præceptum superioris humani. Et tam mihi certum est, quam certum est apud Theologos non posse grave præceptum imponi circa materiam levem. Unde præceptum naturale, et simul positivum gravem obligationem inducere non potest circa levia furta. Ergo sequela maiori quoad lenem præcepti negatur minor, et simul consequentia.

Insistes adhuc, et instabis hoc pacto. Licet materia levis secundum se attenta non possit prohiberi gravi præcepto, et obligatione; si tamen ipsa levis materia conducat ad commune rei publicæ bonum, potest sub gravi obligatione præcipi, aut prohiberi: d. ergo levibus furtis non obstantibus Vnica spectat ad commune bonum: ergo licet levia sint singula furta, possunt graviter prohiberi, et gravis censuræ pœna puniri. R.°

nullam esse illationem sub adhibita a nobis distinctione. Quis enim dubitet spectare ad commune bonum frequentes murmurationes circa ignobilitatem, vel pravos mores proximi, non tamen pertingentes ad grave peccatum, nec esse in Republica; et tamen hæc ratio boni communis non facit ut levem, frequentesque ob murmurationes sint gravem, neque quod possint gravi præcepto prohiberi; si ratio specialis circumstantiæ non faciat materiam de levi transire in gravem: vulgo supponi debet in nostro, contra quod furtum leve et.

et praesertim excomunicatio, licet censurae effectus afficere
possint etiam non peccantes: ut iam innuimus, et suo loco erit
exponendum. Sectio. 2. Peccati Censura puniendi conditiones aliquae. Alabado sea el Santissimo Sacramento.

Gravi Censurae gravem culpam correspondere in Persona punienda
statuimus: quoniam vero peccatum potest esse mere internum, et potest
esse interior actus aliqua actione, vel verbo manifestatus: inqui=
ritur: Utrum peccatum censura puniendum debeat necessario esse
interior actus, qui aliqua actione externa manifestetur, aut
visibilis fiat? Ad quaestionis decisionem supponere oportet, quae
in tractatu de Legibus dici solent de lege humana cir=
ca internos actus; videlicet quod humanae legis sit praeceptio tantum
actionum externarum, et non praeceptio internae actionis, ut divisae
ab exteriori. Ubi non negatur aliquomodo cadere sub huma=
no praecepto internum actum: licet enim humana Lex non im=
ponat actiones mere internas; imperat tamen externos actus
ut humanos, et morales. Quemadmodum cum non possit externi, sine
internis, ita praecipit Ecclesia recitari horas canonicas, et
Missam audiri; hic pari actus externos cum internis eo saltem
modo, qui requiritur, ut exterior actus censeatur humanus:
qualis est aliqua devotio, vel attentio mentis deliberata.
Unde
non dicimus hominem ebrium adimplere praeceptum, quamvis dormiens,
vel ebrietate praeceptum ponat actionem, quia illius actio pro=
eo tamen non caret humana, aut moralis. Verum autem ad
imperandos actus humanos, et morales requiratur praecipere

immediate

mintᵉ et directe actus internos: 2. sufficiat actus internos indirecte praecipere, ratione 1ᵉ. actionis externae? quaestio in qua n. multum oportet immorari: parum enim refert, quod illorum praeceptio sit mediata, vel immediata; dummodo in ordine actionis externae possit Ecclesia eos praecipere actus, quo pacto requiruntur ad constituendam actionem externam humanam, id est imputabilem, seu moraliter bonam, aut malam. Quaestio igitur est de internis actibus seorsim ab externis.

Posse Ecclesiam praecipere actus mere internos, et nullo modo in actionem externam prodeuntes, illosque punire poena spirituali censurae, docet Glosa in cap. cogitationis de poenitentia distinct. 1. Habetque in Clementina 1. de haereticis §. verum in hunc sensum: Et sententiam habuere n. pauci theologi, et iuris prudentes videndi apud P.ᵐ Suarez hic. Et P.ᵐ Salas, disp. 9 de legibus. Sententiam hanc cum limitatione tenent aliqui theologi asserentes solos peccatos internos haeresis posse ab Ecclesia excommunicatione puniri; n. v. alia interna peccata. Magis adhuc, et diverso modo limitant alij hanc sententiam teste Silvestro in Summa verbo: Excommunicatio, docentes posse Ecclesiam praecipere, et punire actus pure internos, n. tamen posse judicium ferre de aliquo pure interno actu; quia Ecclesiae sententia debet omnino causae cognitionem supponere, quae de actu pure interno n. datur. Communis sententia unanimi consensu defendit nullatenus Ecclesiam posse actus mere internos censuris punire, ita et canonistae sentiunt, et theologi docent cum Divo Thoma.

Communem sententiam verissimam judico, et cum illius auctoribus assero n. posse Ecclesiam actus pure internos independentes ab externis, scilicet nullo modo in actionem externam prodeuntes, et ita probo. Illius generis debet esse delictum cuius generis forum est, sive tribunal

tribunal

Tribunal exercetur ad illius cognitionem, et sententiam. 2o forum quod armat censuram 33
poenis est externum: ergo delicta tali foro punienda
debet externum esse: ergo si mere internus actus sit non
poterit Ecclesia illum censura punire. Maior mihi
certa est, et declaratur ex fine utriusque fori inter-
ni, et externi: finis enim illius est remittere, vel pu-
nire, quae re vera male admissa sunt a fidelibus poeni-
tentibus invisibilia; et occulta: huius vero finis est,
ea, quae sunt ad aedificationem, vel destructionem Ecclesiae
suae fidelium punire, vel promovere. Unde fine
nullus est Doctor, qui in definitione, vel explicatione
censurae ipsius inveni expresse non dicat eam esse poenam
fori exterioris: ergo signum est ibi agnosci ab omnibus rationem
differentialem istius poenae prout opponitur poenae, sive poenitentiae
sacramentali: et minus sunt procedere, qui modo volunt
peccata mere interna subiacere censurae.

Confirmatur 1mo: nam ex potestate
ferendi censuras tradita Ecclesiae a Christo Domino, id satis
clare deducitur, praesertim admone illud: si Ecclesiam non audierit: 2.
admonitio locum habere non potest ubi signum externum non est
interioris peccati, et manifestum est; non enim haec admonitio est
ad prohibendum peccatum, 2, ut peccator resipiscat timore
poenae imminentis: ergo ubi haec signa externa non inve-
niuntur, neque poena externa eiusmodi signis, et actibus
correspondens locum habere poterit. Ostia patet; nam potes-
tas Ecclesiae praedictis verbis tradita est pro foro ex-
teriori: de interiori namque iudicium ferre sibi Deus
universalis iudex reservatum est. Quid enim aliud est, quod
Ecclesia de occultis non iudicet? quod poenae iudicium, et
probationem supponentes ferre non potest Ecclesia delicta non potens
probare.

Confirmatur 2: nam ut Divus Thomas docet, et fere omnes
DD. admittunt hanc etiam ratio suadet: Ecclesiae potestas pu-
nitiva non se extendit nisi ad opera, quae humano modo
cognosci possunt: ergo neque punire Ecclesia actus pure inter-
nos eorum, qui independenter ab externis actibus. Ante.
patet ex iure Canonico, in cap. Tuanos, et alibi: Ita

quia

Rx. q. cum Ecclesia visibilis sit illius punitiva potestas non potest ubi mata non sit cognoscibilis: sicut enim animae Ecclesiae potestas non est visi in humanas unitas corpori visibili, ita non erit in actus pure internos; sed in illos prout sunt oppositi cum actibus externis, et quos informant.

Sunt vero contra-

rias et 2mus sententiae aliqua non omnino contemnenda, non tamen digna quibus aliqui AA. nimis fidentes opposita stabilire tenent. Est 1a. 1mo. auctoritas desumpta ex non nullis Concilijs, tum ex Concilio Toletano 1mo. quod in professione fidei censuram tulit excommunicationis his verbis: Siquis dixerit, vel crediderit Spiritum esse innascibilem anathema sit. Similia habent in Concilio Sangarensi, in cuius canone 18. excommunicant eos, qui die dominico ieiunaverint in eius contemptu. Est 2a. 2: quia potestas Ecclesiae ad frenandos rebelles, et contumaces postulat eam posse punire etiam actus pure internos, V.g. ut Pater, qui extraxit Reum ab Ecclesia compellatur possit eum Ecclesiae restituere, necessarius est Ecclesiae habere potestatem supra illius actus etiam internos, quo posito per extorsionem censurae necessario sequitur rei praecepti executio, nempe restitutio, et obedientia; q. &c.

Confr. Nam Ecclesia punit censura actus internos, ut sunt ex externis: q. punire potest internos actus seorsim ab externo. Ans est certum. Cona probatur: nam punire duos actus simul, quorum quilibet seorsim sumptus est illicitus, non arguit unumquemque seorsim non posse puniri; q. seorsim internus actus potest puniri censura. Cona probatur: nam Ecclesia quotannis punit ~~censura~~ censura non solum eos, qui, re vera non confitentur, sed illos etiam: qui licet confiteantur, tamen sine proposito emendationis, et cum prava animi dispositione accedunt ad Sacramentum Poenitentiae: q. &c.

Contra est 3. Ecclesia potest puniri censura actus exteriores haereticos, etiam si Pater fiat adeo occulte, ut nullo modo probari queat, q. similiter puniri

puniri potest rennuni actus quam internus. Otia q: Nam 34
eatenus illum puniri n̄ posset, quatenus improbabi-
lis est in judicio, et foro externo: d. actus hæresis
externus occulti tamq. omnino admissus probari ne-
quit in judicio, et foro externo. Decurrens ẽ legiti-
mus. Otia q; ne hæc ẽ disparitas int. particulares
sententias Judicis, et jus Imune: q ad ferendam partem
sententiæ requiritur probatio, unde reus n̄ erit coram ju-
dice parti, qui coram eo duinci n̄ potest de de-
lecto: Ut autem a jure ferat sententia, d juris inmunis poena d-
prehendat homo, n̄ requirit delicti probatio.

Confirmatur
ultimo hæc sententia. Nam Ecclesia potestatem habet
ad dispensandum in actibus mere internis, sic enim dis-
pensat in votis. Potest enim Superior dicere Si votum
internum emisisti tecum dispenso, s. votum Imuto.
Quod admitit Pater Salas, et Varquez, d admitunt
alij, d peccata interna.

Leviora hæc sunt, quam quæ possent
nos a Imunissima, d veritate avertere. Ad 1.m funtum
ex Authoritate Decilij Toletani, respondet Suarez par-
ticulam Vel posse summi disjunctivè, d indicare, q duo
illa verba sint æquivalentia, quia, ut quis feriat illo
Anathemate n̄ sat est aliquem credere, ni credendo dicat
sive credulitatem ostendat.

Quam solutionem Ifirmat r
sive credulitatem ostendat. Quæ solutionem Ifirmat Suarez altio-
textu eiusdem Decilij, ubi manifeste parla, s. sumit diun-
tive. Respondet dinde, Verbis Exterius n̄ foro, et facie
Certe idem ẽ, ac ritibus, s. factis doctrinæ damnatæ
sequi. Ad autoritatem ex Decilio gangrensi respondet
Suarez, male, ac dimunite a Medina, et alijs Dei-
bus citari nostræ veritatis minus probatæ; nam in Canone
19. expresse ponunt verba, quibus ostendit n̄ suffi-
cere interiorem actum. Plura etiam afferunt, alia decilia,

quibus facile iuxta dicta resp. Suarez, et nos cum DD. alijs: ac signanter Ostantiense sess. 25. ubi traditur forma interrogandi hæreticos, an credant hoc, vel illud, ut si fateantur hæresim, puniantur. Ergo male infertur adversarius puniri etiam internam hæresim: nam si hæreticus fateatur, se credere errorem, iam non solum corde, sed ore credit, et merito punietur. Ad textum Molina, istum in sua confessione non admittere errorem, sed verum dicere, et obedire præcepto, et mentem suam propalare. Egregie vero Suarez: aliud est non mentiri, et aliud errare: quatenus enim hoc manifestat, quod mente tenet, verum dicere; quatenus vero profitetur exterius, quod interius credit, errat in fide, et hæreticus est: unde, quamvis [illegible], peccat contra fidem. Instabis, et inferes: ergo male facit iudex interrogando; sic enim extorquet, et vult errorem. Resp. neg. illationem: nam iudex solum tunc præstat, quod iure potest, nempe uti iure suo, et permittere errorem, ut eum puniat. Præterquam quod posset reus descendendo affirmare, se aliquando errasse, et tunc ideo subiaceret censuræ. Quod si in foro exteriori aliquando puniretur propter confessionem, id fieret ratione præsumptionis, quam dedit habitus. Ad testimonia desumpta ex alijs Conciliis, respondendum erit iuxta explicationem a Suarez adductam, et a DD.bus approbatam.

Ad 2. fundamentum a nomine petitum debilius adhuc est. Resp. aliud est, quod Ecclesia possit in scientia obligare, et aliud longe, quod possit censura punire actus pure internos. Primum verissimum est: 2. omnino falsum. Expedit quidem Ecclesiæ posse præcipere obedientiam Pastoris sequentem in eo eventu; non tamen requiritur etiam habere potestatem puniendi actus mere internos, quod adeo verum est, ut in sententia probabili iudex in eo casu actu tantum externo restitutionis [illegible] ad Ecclesiam adimplerit Ecclesiæ præceptum; hæc enim non imperat internum actum, sed obedientiam exteriorem; cum per tale præceptum vis coactiva potius, quam directiva exerceatur. Verum quidem est, quod posito actu interno efficaci se-

queretur

quaerit executio rea praecepta; non tamen Ecclesia potest praecipere omne actus, ex quo sequitur obedientia subditi; sed illud solum, quod ad illius jurisdictionem expectat.

Ad confirmationem resp. dato ant., neg. conseq. Ad ulteriorem probationem, similiter concedo ant., et neg. consequentiam. Non enim sequitur non posse Ecclesiam praecipere seorsim actus alteros, ex eo quod nonnisi illos praecipiat; sed ex eo quod jurisdictio ecclesiastica non se extendat ad unum, nempe pure internum, seorsim ab externo. Ad ulteriorem probationem, et paritatem resp. neg. ant. Et negandum est pariter: nam integritas confessionis non est de jure humano, sed de jure divino. Quare male, et per hypothesim confitentes in quadragesima non praeceptum Eccl., sed divinum violant, et sacrilegium admittunt; nec ideo excommunicationem incurrunt. Haec enim, est poena (ut ita dicam), non praeceptum quod lethaliter peccantibus, sed pro sui inobedientia Ecclesiae mandatis imponit.

Ad 3um fundamentum dico ant., et nego consequentiam. Ad cuius probationem distinguo ant. Catenus non posset Ecclesia punire censuris actum pure internum, quatenus improbabilis est, et occultus per se, concedo ant. Quatenus improbabilis est, et occultus utcumque, sive per accidens occulte; nego ant.; similiter distinguo subsumptam propositionem et allatam paritatem. Actus siquidem externus omnino tamen occulte admissus est improbabilis per accidens, concedo; est improbabilis per se nego, et nego similiter illationem, multum referre quo ad propositum, quod aliquid sit per accidens extra judicium, et tribunal alicuius Superioris; et a per se extra tale judicium, aut tribunal, plus quam certum est; sic enim peregrinus extra suum territorium non comprehenditur legibus, sive domicilio, et qui omnino extraneus non comprehenditur iisdem omnino legibus, diversimode tamen, ut manifestum est, nam qui est extraneus, et ultra tale territorium, ille neque per se, neque per accidens subjectus est talibus legibus; alter vero qui peregrinatur non subjectus legibus illius

illis per accidens, vlc. casualis peregrinationis; per se vº obligat legibus illis, quia per se spectat ad jurisdictionem illius loci, in quo habet domicilium.

Instabis.

adhuc; q. in ordine ad subterfugiendum Ecclesiae judicium, perinde est, quod actus sit externus, occultus tamen, & improbabilis, ac si esset actus pure internus: ergº quod sit per accidens, l, quod sit per se actus improbabilis in judicio parum, aut nihil conducit; et subijciat, l, n. subijciat censuris Ecclesiae. Utroque enim modo vitabit, & subterfugiet homo Ecclesiae Judicium.

Respº concesso ante negando Cetiam. Et quidem miror hac instantia aliquos se tam efficaciter clamoare; nam hoc, quod est subterfugere Judicium alicuius Tribunalis multis modis evenire potest, & aliquomodo potest ho judicium subterfugere, ita ut n. solum sententiam vitare possit Cd, etiam se extra jurisditionem Judicis collocare.

Quod si contingat aliquando, ut quando admittit delictum sit extra jurisditionem, ad n. exit subterfugere judicium, Cd, per se n. comprehendi tali judicio. Potest hoc multis exemplis declarari: Vgº homo, qui hominem interficit potest ad Hispalensis, & intra Hispalense territorium existere, & potest ad Cordubensis, ibique permanere

= No hay corral =

ibique permanere

ibique permanere. Si ibi homicidium committeat, perti= 36.
net illius causa, et judicium ad hispalensem prætorem
spectat: si tamen fugiat, et extra territorium hispalen-
se habeat, vel se intra eundem territorium in loco libero col-
locet, tunc per accidens puniri non poterit per hispalen=
sem prætorem. Ille vero qui Corduba homicidium commisit,
et ibi permanet, per se iudicari nequit à prætore
hispalensi; eo quod ibi manens positus est extra juris=
dictionem prætoris hispalensis.

Vide quantum proficit, aut
obsit, quod unus hic per se, et alter per accidens subter=
fugiat hispalensis prætoris judicium. Similiter ergo
qui peccatum pure internum admittit est quasi in regi=
one extranea foro, et judicio exteriori ecclesiæ; qui
vero actum externum admisit, quantumlibet contingerit om=
nino occulte, erit per se subjectus judicio Ecclesiæ:
quia adhuc est actus ille intra jurisdictionem Ecclesiæ;
per accidens tamen erit à tali judicio liber. Quod adeo
verum est, ut meo judicio vincat argumentum adversa=
riorum quod militare, et pro potestate eccl*esi*æ, et
pro civili potestate, ut hæc etiam actus pure in=
ternos punire possit, quod absurdum est: et
consequentia quam habebit
probo; nam quicunque exterior actus, qui sit contra
legem civilem per se subjacet judicio civilis potes=
tatis: si tamen exterior actus committatur adeo occulte,
ut nullo modo probari possit in judicio, liberabit
per accidens à tali judicio, et quacunque sententia ju=
dicis; quod si nihil obstet ad rem præsentem, quod actus
sit occultus per se, vel sit occultus per accidens, eque
expectabit ad judicium civilis potestatis actus pure
internus, et actus externus, qui sit improbabilis
vel externus, non pertinebit ad tale judicium. Ubi patet
et quidem a fortiori pari, quod actus externus, vel quantum=
libet occultus non pertineat ad judicium civile, non puni=
tur ab adversariis. Legitur vero à pari quod neque eodem modo
liberabit à tali judicio actus, sive per se sit occultus,
sive sit occultus per accidens; quia in ordine ad

subterfugi

sectur fugiendum tale judicium, quia bene procedit, quod actus sit improbabilis, quantumvis sit externus, quod sit pure internus actus. Et est argutum praecipue admirationem. Et quod sine dubio plus probat, quam ipsi vellent. Falsum quod est actum pure internum esse Censurae materiam.

Id, quod addit, nempe discrimen inter censuram latam a jure, et censuram latam ab homine hoc esse, quod jus possit ferre censuram, etiam contra actum pure internum; judex vero eam ferre non possit propter actum, qui non sit exterior, et cuius probationem habere non possit, inutile omnino est, et falso dictum. Primo, Secundo quia plus possit Rex, quam Judex particularis in statuendo legem generalem illud ferre possit, iste vero non possit. Secundo quia actus pure internus non est extra forum exterius, ex eo quod sit cumque probari non possit, sed ex eo quod per se non possit probari: et ideo sit extra jurisdictionem fori exterioris. Et autem semel est extra jurisdictionem alicuius, nullo modo dicitur comprehendi illius censuris, aut praeceptis.

Ultima confirmatio. Non plus roboris habet, licet non omnino contemnendam difficultatem contineat. Petitur enim confirmatio manifesta instantia, cuius difficultatem superare tenentur illius Auctores, neque pater habet potestatem irritandi vota filii, et regularis Praelatus potest irritare vota Religiosi: sed nec pater potest punire, aut praecipere actus pure internos filii, nec Regularis Praelatus potest praecipere, aut punire actus pure internos religiosi: ergo quod Ecclesia possit in votis pure internis sive mentalibus dispensare, non est signum jurisdictionis ad puniendum per censuram actus pure internos. Respondeo primo ad hanc instantiam, et ex ea secundo ad confirmationem. In Parente, et Praelato irritatio voti quod emittit a filio, vel subdito regulari, est actus non tantum jurisdictionis, quam cuius est dominii, quod Praelatus, et Pater habent in actus externos filii, et subditi. Quare tunc illius

Dominii

dominij potest prohibiri, et praecipere actiones externas, etiam contrarias tali voto: cum autem votum ponat obligationem faciendi aliquid externum potest praelatus, et Pater, vi potestatis sui dominij tollere quod impediat dominium, quod habent in externas actiones, filij, et religiosi: Unde cum illud votum sit impedimentum ad aliquas actiones externas, quas imperare potest Pater et Praelatus, potest proinde illud impedimentum tollere vi potestatis sui dominij.

Similiter ergo se habet dispensatio in votis concernentibus filij, et religiosi. Haec enim dispensatio non cadit proprie in actus internos, sed, in eius effectus, scilicet externas actiones, et in obligationem etiam, quae tamen non est actus pure internus, sed, quaedam moralis connexio, quae est, cum externis. Ad dicendum, ut concorditer notavit Pater Suarez, licet non sit adeo manifesta propria solutio non recte procedere argumentum ex eo quod Pater possit dispensare in votis filij, ut inde possit inferri Patrem posse praecipere filio aliquem actum pure internum, quia ut, minus requiritur ad tollendam obligationem, quam ad illam ponendam: et quia haec tota est multa exigens, et multis partibus composita, ex quibus qualibet deficiente tollitur obligatio; et quia obligatio [illegible] odiosa [illegible] esse videtur, cessatio vero obligationis est favorabilis. — Revocatio votorum, quae tandem adest non est exercitium jurisdictionis in actus pure internos, sed, prohibitio, vel limitatio jurisdictionis impositae confessoribus justis de causis: ex qua tamen nulla infertur potestas Ecclesiae ad praecipiendum [illegible] actus pure internos. Sectio 3. Tollegere in peccato ad [illegible] requisita discutiuntur.

Sectio

Sectio 3.a

Peccati censura puniendi primus praecipuus quae conditiones eo statuimus, quod non sit mere internum, sed externum aliquo modo: et quod sit peccatum grave si gravi censura puniendum sit. Circa quas duo deinde aliae conditiones restant examinandae, et circa primam primo rogatur. Utrum requiratur debeat, ut gravi puniatur censura, quod gravius in se, quamvis nulla censura esset prohibita: vel, e contra, ex eo quod prohibeatur sub censura fiat gravis materia illa, quae in se erat materia levis? Suarez, et alii docuere materiam, quae ex se levis est, fieri gravem accedente superioris praecepto sub censura, et Pater Vazquez latius sententiam amplexit. Illustrissimus Sanchez, ait materiam, quae ante monitionem non erat gravis, gravem fieri vi monitionis: eo quod resistere monitioni seu operari in superioris contemptum legis gravem contemptum, ac ita sentire plures alii videntur.

R. nisi [illegible] fiat ex forti, dispensi vel flexo contemptu superioris, numquam materia levis reddit gravis ex eo quod sub censura prohibeatur. Ab hac ad partem incipio, et probo resolutionem. Et Praelatus praecipiat subdito, et pluries praeceptum repetat non commedendi ubique quatuor, aut quinque obsonia grana in die. Sicut non immutat materiam ista, itaque gra-

vis

38.

viis fiat ex levi: q. quod ceretezza prohibeat illa comestio et reddit gravem illam materiam, quæ ex se levis est.

Hoc non est certum, nam ex eo fieri posset gravis ea materia, quod præcipiente Superiori, et resistente subdito, videat Superiorem a subdito contemni: sed, ex eo quod Superior ita persistat præcipiendo, et pluries monendo subditum, potius Superior contemnit, et vult infringere jus natale, quod subditus habet, ut gravi sibi non præcipiatur, quod ex se leve est: q. nulla est ratio illius transmutationis.

Etiam q. et confirmo 1.mo præfatam rationem: Nam jam esset in superioris prudenti, vel imprudenti delectu materiæ præcepti facere gravem, et levem, et non in ipsa materiæ quantitate, vel qualitate, sive conducentia ad finem. Quod non solum sine fundamento, sed absurde etiam diceretur. Liceret enim Superiori quoties vellet, et quomodo vellet jus natale immutare, subditumque pœna, quantumvis gravissima punire, præcipiendo v.g. sub gravi censura levissimam materiam, et repetendo monitiones, quibus levissima materia reddatur gravis.

Confirmo. 2. et probo simul primam resolutionem partim; nam, ut Tridentinum Concilium prudentissime decernit sessione 25. de Reformatione cap. 3: Debent Superiores gladio censuræ gravis non uti, nisi gravissimis de causis. Cum v.g. experientia doceat, quod si temere, aut levibus ex rebus incutiatur magis contemni, quam formidari, et perniciem potius parere, quam salutem. Hoc autem inconveniens sequitur, vel ex eo, quod plures debiorant videntes videntes, quod imprudenter, sive ob rem levissimam ferat, et simul existimantes se nihilominus Censura ligari. Vel ex eo quod indignatione perculsi sanctam alioqui potestatem verbis, et actionibus spernunt in desperationem incidunt, aliaque admittunt gravissima peccata: q. ne hæc Superioribus imputentur, dicendum est non fieri gravem materiam illam, quæ ex se levis est, ex eo quod monitio repetatur.

Solum respondere potest Circumvos censuras imponi aliquando, non eo animo, ut subditos reprehendaret, sed, animo solum, et intentione deterrendi, sive, ut vulgo dicitur, ad terrorem. Hæc tamen responsio non est ad rem, loquimur

Loquimur enim in presenti de vera transmutatione materiæ levis in gravem ratione præcepti: Rogantis: Utrum eo ipso, quod materia levis præcipiat, et repetantur monitiones ratione præcepti, et repetitis monitionibus transmutet illa materia, et fiat gravis, quæ transmutatio locum non habet, ut manifestum est, quando Superior non fert Censuram animo obligandi, sive per illam ligandi non obedientes.

Resolutionem præiactam generaliter statutam veram judico: Sunt tamen casus aliqui, quibus illam limitare, seu aliter explicare oportet, quod quidem facile fiet. Nam perspicuum est respectu aliquorum posse materiam esse levem, sive levis obligationis tantum capacem; et eandem respectu aliorum esse gravem. Cuius differentiæ multiplex causa potest assignari ratio, videlicet Voti, Status differentiæ inter Personas, ratio circumstantiarum, ac denique ratio finis. Exemplum omnino rei illius apud Authorem est, hominem se levius vestiri, aut non vestiri: Ita enim induui exse non solum leve est, sed etiam indifferens. Si tamen prohiberetur homini sæculari, nulla intercedente ratione boni communis, sed solum Principis voluntate res indifferens, et ratione præcepti levis prohiberetur. Si vero prohiberetur generaliter Clericis adhuc res levis, sed iam non indifferens prohiberetur, ratione, videlicet status clericatus, qui debet modestiæ, et morum Exemplar. Quando vero Religiosis prohiberet, iam non materia indifferens, nec solum levis, sed gravis quidem prohibetur.

Unde iuxta hanc diversitatem eadem materia respectu aliquorum non est capax Censuræ gravis; est tamen, et merito, respectu aliorum. In exemplum præterea hic adveniunt assistentia sed agitationes taurorum, immoderata Comæ nutritio, quæ, et similia sub excommunicatione non semel sunt prohibita Clericis. Et in quibus non semper verum fuit continere materiam levem, et incapacem maioris excommunicationis. Aliquando enim vigente præcepto, nec deficientibus circumstantijs hæc graviter præcipiebant, et propter eorum transgressionem incurrebat maior excomunicatio, et quidem viginti, et triginta ab hinc annis grave sine dubio scandalum gigneret Clericus comam ut in præsenti tempore toto animo, et cura nutriens per ultione etiam plusquam muliebriter instantibus, et singulis pene horis comam perpolens, et exornans. Sed vero, sive temporis malignitate, siue Superiorum, aut incuria, aut inevitabili tolerantia, quæ olim etiam sæcularibus iuste prohiberent, Clericis impune permittuntur. Licet denique non.

n ex superiori solum edito mala levis fiat capax gravis Censurae, 239.
multum tamen differunt e praecedentibus superioris edicto, imo praecept.
Superioris praeceptum facere potest, ut mala levis reddat
gravis, et capax proinde gravis Censurae. §. 2.º circa modum, quo
peccatum exterius e capax Censurae rogat: Utrum quod intentio, l, simpliciter
imperat exteriorem actum, in quo actu exteriori non plus relucet
quam mala intentio possit Censura feriri propter talem exteriorem actum,
ita ut si ex tali intentione fiat, incurrat Censuram; Non vero si fiat ex alia
intentione? Posse, et etiam ita percipere, et Censura punire
tales actus defendit Medina sequutus Cayetanus, oppositum Navarrus, et alij.
§ R.º in e[illegible] cum distinctione [illegible] actus exterior ex se
non est malus, nec aliqua lege prohibitus, non potest ab Ecclesia
praecepi ne fiat ex prava intentione, et consequenter nequit Ecclesia
gravi censura punire talem actum. [illegible] opinionis Vero
[illegible] et multiplicium authoritatum, et textum adducit Na-
varrus. Ratio, vero: quia quoad Deum occulti, tam occultum
est ipse hunc actum manare a tali intentione, quam e ocul-
tus ipse actus interior; ergo si [illegible] ab illa intentione
e mere interna: id est, nullo determinato exteriori signo
manifestanti, sicut actus pure interior praecipi non potest
ab Ecclesia, nec iste actus praecipi potest. Exemplum
nobis est, et probatio, quod Judex [illegible] aliquem iuxte [illegible]
[illegible] allegata, et probata potest damnare sententia ha-
bendo affectum [illegible] vindictae erga eiusmodi delinquen-
tem; nec tamen affectus iste potest ab Ecclesia hoc modo
prohiberi, quod de actu isto idem tenent adversarij,
dicendum iudico, etiam quando actus exterior e indifferens.
R.º
2.º. Si actus exterior in se sit malus, l, lege pro-
hibitus, potest ab Ecclesia sub gena etiam censura prohi-
beri, ut procedens a tali intentione, l, affectu. Reso-
lutio e adeo vera ut sit regula ad explicandos cano-
nes censuram ipso jure ferentis: nam si canones habeant
verba aliqua indicantia peculiarem modum operandi
ex [illegible] intentionis: tunc censura incurrit, si tali operi
prohibito talis intentio adiuncta sit, deficiente vero tali
modo, l, intentione indicant [illegible] non incur-
ri censuram, Exempla si Canon dicat: ipso facto incurrit
excomunicationem, qui sciens hoc fecerit, aut quid simile:
Cum

Certum enim si quis opus illud canone prohibitum faciat ex inadvertentia tamen, vel ignorantia, etiam vincibili, licet peccet, non tamen incurret censuram.

3. Sententia Cantani admitto cum explicatione Patris Suarez, et aliorum Doctorum. Quando actus interior est de substantia exterioris actus in esse moralis, tunc recte potest ab Ecclesia etiam sub censura praecipi, vel prohiberi eodem praecepto, quo praecipit, vel prohibet actus externus, ut talis actus moralis est. Ratio resolutionis est, quia ita sumpti actus interior, et exterior non sunt duo actus, sed unus moralis, vel, uti compositus ex materia sensibili, et forma spirituali; ideoque absolute sensibilis: ac proinde subjectus ecclesiasticae potestati. Ita praecipitur attentio aliqua ad horas canonicas, et similiter praecipitur voluntas jejunandi, quod indicat praeceptum jejunij.

3. Rogatur: Utrum peccatum exterius, propter quod censura incurritur debeat esse in sua specie perfectum et consummatum? Procedit quaestio de censuris a jure impositis, vel ab homine per generalem sententiam, aut mandatum, ut denunciando sacrilegum in Sacramento et Cultu Alteri. sententiam, aut mandatum: nam censurae, quae sunt una particularia ipsae sibi determinant materiam, vel culpam, propter quam feruntur. Hoc supposito multiplici utuntur distinctione Doctores ad solvendam quaestionem, procedunt tamen, non tam tradenda generali regula, quam ad singulos valdeque diversos casus decidendos. Respondeo: censuram non incurrit nisi perfecta sit actio, quam lex exprimit sub verbis includentibus aliquem effectum ultimum. Ex resolutione infertur, quod quamvis ex intentione operantis actio sit perfecta; si tamen effectus impediatur quomodolibet, etiam miraculose, non incurrit censuram. Exemplum dimanat illatum in probationem posset afferri: Censura v.g. imposita contra homicidam, non incurrit, si quis lethali vulnere hominem afficiat, donec ita percussus tali de causa moriatur. Unde, si per miraculum restituatur ad salutem homo percussus percutiens non incurrit censuram: contra, si quis levi vulnere hominem afficiat, et hic ex alia adjuncta causa per accidens moriatur, ille non incurret censuram impositam contra

homicidij

Homicidiis.

Hac item de causa censuram non incurret ex fortiori ratione ille, qui homicidio abstinuerit ab effectu interno, et intentione, et si quis Clericum volens occidere gladiolum, sagittam, vel pillam plumbeam ex sclopeto emissam in Clericum dirigens, Clericum non attinguet. Eadem ratione excusantur a poenis censurarum impositis Symoniae etiam conventionali, qui admiserunt plura delicta, quae tamen non pervenerunt ad effectum realem ex utraque parte. Hinc enim propter imperfectionem actus non incurrit irregularitatem, licet similiter ex hac resolutione aliorum casuum decisionem sumimus. Ratio omnium, et resolutionis ratio petenda est, ex dictis, et inveniuntur inter admissis in materia de legibus; videlicet quod verba legis intelligenda sunt proprie, et stricte praesertim in materia odiosa, quantum proprietas verborum permiserit iuxta regulas iuris.

Rogat. 4.

Utrum ad peccatum censura puniendum semper debeat intervenire contumacia, vel possit ob peccatum mere praeteritum absque imponi censura? Quaestioni huic tribuo alibi responsum, et in sequenti dicemus, sensi tenemus.

Rogat. 5. Utrum peccatum puniendum censura debeat esse specialis resistentia, seu inobedientia Ecclesiae praeceptis: vel, ita sit generalis poena cuiuscunque peccati censura, ut pro quolibet mortali peccato possit imponi haec poena? R. requiri inobedientiam Ecclesiae mandatis, licet non opus sit, ut supra resolvimus, quod in inobedientia debet fieri contumacia: sufficit enim si sit contumacia virtualis. Quare non credo quod ita simpliciter peccatum contra ius divinum, aut naturale ex hac parte possit excommunicari, nisi idem peccatum ab Ecclesia prohibitum adiunctam habeat rigorosam istam censurae poenam.

Circa consulentes, et mandantes multiplex est difficultas pro resolutione, quando, et quomodo censuram incurrant: pro cuius solutione praecipuas difficultates ita proponam, et aio: utrum censura imposita facienti aliquod opus prohibitum, comprehendat etiam

mandantem =

mandantes, l. consulentes fieri tale opus prohibitum? Affirmative
respondebant aliqui apud Sylvestrum, quorum fundamentum hoc
est: Quia facientes, et iuvantes pari poena debent puni=
ri; ergo cum consulentes adiuvent facientes, eadem poena
comprehenduntur. Iterum, desumpto ex Metha solemni=
principio: Propter quod unumquodque tale, et illud magis. Videtur autem
quodammodo magis peccare consulentem, ac demum; quia quod
per alios facimus, per nos facimus.

Primo Negant communem opinionem rationes.
1. quia communi regula: (scilicet quod) res odiosa stricte est inter=
pretanda; et ideo in foro, ut notavit Suarez, Avila,
et alij DD. ille solum dicit agere, qui exercet ope=
rationem: qui vero mandat, l. consulit, agit solum interpretative;
ergo quamvis consulentes, et mandantes fieri opus prohibitum,
peccatum vere admittant; non tamen ideo censuram incurrent
impositam facienti. 2. Constat ex eo quod opposita esset contra
legis, et legislatoris mentem; hic enim quando vult punire man=
dantes, et consulentes facit eorum expressam mentionem; ergo ubi
consulentes, et mandantes non exprimuntur legislator, non vult
eos poena ibi statuta comprehendi: ergo consulentes, et man=
dantes non comprehenduntur censura praecise imposita faci=
enti.

Ad primam oppositae sententiae rationem, et ad primum primo aliud
est, quod consulens, aut mandans sit quodammodo dignus poe=
na imposita facienti, et aliud, quod revera, ac de facto
comprehendatur. Primum verum est. Secundum falsum. Non enim comprehen=
ditur delinquens poena aliqua virtute legis, quae in ipsa
lege non est expressa contra eiusmodi delinquentes. Ad secundum
et 3m dico esse quidem aequales quo ad culpam, non vero esse
aequales quo ad subeundam poenam; nam metaphorice solum dicimus
nos facere, quod facimus per alios solum; ergo tunc comprehenduntur aliqua censura
consulentes, et mandantes, quando exprimuntur his verbis, v.g. Subja=
ceat tali censurae, qui quomodocumque fecerit censura talis delicti
sic enim exprimuntur consulentes, et mandantes.

Rs. 2do licet ille, cui datum est consilium
sive mandatum esset alias facturus rem prohibitam, si tamen consulens acce=
dat contra, l. voluntatem facientis comprehendit censura lata contra consulen=
tes; non vero comprehendit si consilium fuerit ita simplex, ut alter esset alias
facturus.

facinoris vero prohibiti: nec tale consilium augeat conatum, aut voluntatem operantis:
l. pars sufficienti auctoritate munita, ut videre est apud nostros
Suarez, et Abila: Ratio est: non in eo casu consulentes re
vera influunt in effectum: n. causa finalis illius legis,
aut censurae est vitatio talis effectus; ergo consulentes re vera
adversantur tali legi aliquid prohibenti sub censura. ergo
comprehendentur poena talis prohibitionis.
Conf. nam si Petro
(determinato ad occidendum Joannem Vgo adhaererent, et illi-
us manus iuvarent, ego sine dubio dicerer causa homi-
cidij, et influxus illius: d. qui auget motum voluntatis,
auget causam motum manus occidentis; ergo &ca.
Rª. pars
vero dicit. Nam qui ita daret consilium neque augeret
Voluntatem, neque conatum operantis: ergo ille non influe-
ret in actionem sub censura prohibitam. D. qui non influit
in operationem, non est causa illius; ergo neque comprehendit poena
imposita tali operationi. Rogas tamen, Unde cog-
noscet, Utrum qui dat consilium re vera influat in opera-
tionem, l. non influat? Rº id sufficienter discerni posse his
signis, Vlt. si, qui recepit consilium rogatus asserat se motum
esse aliquomodo ex tali consilio, et ex eodem, auctum fui-
sse illius voluntatem; si autem à delinquente, quomodo possit cog-
nosci, attendi debent circumstantiae: Ut si ille, cui dedit consilium
statim surgat, l. velociter currat ad delictum, signum mihi
erit eo consilio motum fuisse; si vero post consilium moveatur,
licet post longum tempus delictum idem committat, non
potest summi determinatum signum ad cognoscendum me in-
tendisse voluntatem illius, l. conatum: et proinde mihi, a-
cendum erit, dicendum quae me non incurrisse in eo casu cen-
suram.
Tandem Rogat. Utrum Censura lata etiam contra man-
dantes, et consulentes, isti comprehendant, quamvis revocent
mandatum, l. consilium, si post talem revocationem, mandatarius,
l. consultus committat delictum? Supponit Revocari potuisse man-
datum, l. consilium: vere l., et ex animo l. cum Nullum, l. man-
datum efficaciter impediendi; aut saltem tantum. Quaeritur ne
praemissa cum definitione respondent Doctores et communiter concurrunt:

P.

q si mandans revocet mandatum, ñ facto, et hæc mandati revocatio perveniat ad notitiam mandatarij, mandans ñ incurrit censuram. Ita Navarrus expresse loquens de irregularitate, Sylvester, Avila, et alij. Si tamen hæc revocatio ñ perveniat ad notitiam mandatarij, eo q facile sciri ñ potuit talis notitia, si ante illam omissum sit delictum, incurrit censura â mandante. Ex parte illius resolutionis, ñ tam designant Doctores allegati Autores, quæ signa tradunt, quibus noscat revocatio: ut si mandans expresse, et coram testibus voluntatem suam, et mandatum revocasse dicat: si, tacite saltem, retrahendo ut̃ parentela cum adversario; si, amicitiam pristinam insinuando. Potest tamen assignari hæc ro, q ut̃, per talem revocationem exeat mandans â peccato, et qui â peccato liber est, liber quoque erit â censura. 2a pars pt̃ eo q perseverat peccatum mandandi, et secutum fuit delictum illius mandati causa omissum.

Non omnino acquiesco resolutioni, et plus requiri ad ñ incurrendam censuram principaliter latam in mandantes, et similiter, existimo. Et pt̃. Nam revocatio ñ qualiscunque sufficit, ut mandans ñ dicatur causa delicti omissi â mandatario, Nec enim delicti pœnitentia sufficit, ut quis liberet â censura: nam si ho Clericum letaliter percusserit, quamvis de delicto doleat, et medicum accersiri curet, aliaque salutis clerici adhibeat remedia; si tamen ex tali vulnere Clericus moriatur, ñ ideo percussor liber erit â censura imposita in occisorem Clerici; et similiter, qui consilium, si, mandatum dedit faciendi rem sub censura prohibitam; ñ ideo erit â censura liber, q perveniat hæc mandati revocatio ad notitiam mandatarij.

Dico. nam q perveniat talis revocatio ad notitiam mandati ô per mandans, et constat in peccato suam, cui nihil profuit facti dolor, et aliquibus revocatio pervenire consilij, et præmiarum restitutio. Si q perveniat, si ñ perveniat ad notitiam mandati talis revocatio erit per mandans respectu incursionis censuræ latæ principaliter in mandantes, et similiter.

Explicat.

Explicat hoc, et urget: qui dedit causam per se, non liberatur a poena, etiamsi per accidens non sequatur effectus, quia poena principaliter imposita est danti causam per se. quare solum admittimus eam resolutionem in casu quo Censura lata esset contra quomodocumque concurrentes ad delictum (non v.g. quando censura lata esset principaliter contra consulentes) tunc si Censura ita esset lata, et qui consilium dedit, efficaciter illud revocavit, ita ut revocatio nota esset mandatario, et huius debet mandanti efficaciter quantum est ex se retractare mandatum: in quo casu, si mandatarius delictum perpetret, manifestum est ad ipsum reduci culpam omnem, et mandantem non influere moraliter post factam revocationem in illius actionem sub censura prohibitam.

Ita intelligendos, et explicandos judico DD.es non paucos, qui sub hac distinctione difficultati propositae satisfaciunt: asserentes, quod si mandans non ligetur censura satis erit, quod mandatum revocaverit, et revocatio ad notitiam mandatarij pervenerit. Sic enim explicandum iudico iuxta expositionem a nobis modo traditam. Quando, inquiunt isti DD.es, consulens non incurrat censuram, non sufficit, quod ante executionem consilium revocet; quia cum consilium spectet ad utilitatem non consulentis, sed consulti, potest consilium movere; quamvis a consulente retractatum sit. Cui distinctioni parum adhaereo nisi praedicto a nobis modo explicetur. Primo quia. etsi censura lata sit principaliter contra dantes consilium, vel mandatum, parum proderit revocatio consilij, vel mandati, quae solum evenire potest non perpetrationem delicti; non vero facit, quod consilium, vel mandatum datum fuerit licite. Secundo quia ratio consulentis, vel mandantis, ut consilium, vel mandatum sit, vel non sit peccatum, non sumitur ex utilitate, vel inutilitate mandantis, sed ex prohibitione. Nulla enim utilitate intercedente potest dari peccatum, et gravius peccatum in mandante.

Sectio. 4. Modus, locus, tem- ac Ritus Censurae ferendae.

Ad modum

Sectio. 4.

Ad modum censurae ferendae pertinet monitio, licet enim obscurum sit, utrum de essentia censurae sit monitio aliqua sub hoc nomine Modi ~~vellit~~ significet etiam substantiam rei: ut ex physicis constat, et metaphysicis. Sunt enim modi aliqui pertinentes ad substantiam, et qualitatem rei. Quare monitionem aliquam ad essentialem valorem censurae statim in eo talis supra diximus. Quoniam vero communiter non in meram punitionem, sive vindictam, sed censura in eo talis fieri solet, notare oportet non solum modum, quo fieri debet requisita monitio ad valorem censurae; sed notare etiam modum, quo fieri Praxis obtinuit.

Supposito primo quod supra disp. praecedenti sectione 5. difficultate 4. statuimus: Circa praxim haec debent obiectari. Primum notandum est, utrum censura sit a iure, seu sit ab homine. Si a iure sit, lex ipsa non ignorata sufficienter admonet delinquentem; et absque nova monitione potest incurri censura, quo ad exteriores, et internos illius effectus, ut patet in occisione clerici, et in aliis ipso facto incurrentibus irregularitatem, seu suspensionem. Deinde cum aliquis declarandus, ut incurrisse censuram, ut sentiat etiam externos censurae effectus citandus est ante declarationem; quia nemo inauditus condemnatur.

Si autem

Si autem Censura n. sit à Iure, s. ab homine, debet fieri monitio sub comminatione censuræ, l. alicuius determinatæ Personæ, cognita eam perpetrasse delictum probare solet. Vel fieri debet monitio Censuræ in generali c.a aliquam, l. aliquas Personas, eorumque quamvis delictum certum sit, aut determinatum, delinquentes tamen Personæ ignotæ sunt; et ideo illarum nomina n. exprimuntur, neque ipsis singulariter opus est fieri monitionem. In utroque autem casu fit monitio ~~[illegible]~~ fit monitio sub comminatione Censuræ, quod intra fixum terminum, dici solet intra tres dies, rem ablatam restituant.

2.m si censura sit c.a determinatam Personam, ubicumque deprehendatur P.a delinquens potest admoneri. Et si n. compareat, l. se abscondat, l. per vim impediat, aut impediri faciat monitionem, n. opus est fieri monitionem ipsi Personæ, s. sat erit fieri in illius Domo, intimando Famulis, amicis, notis, aut vicinis, ut certiorem faciant de monitione Personam delinquentem. His enim præeuntibus censet in foro externo sufficienter monita Persona delinquens, et proinde poterit procedi ad excommunicationem.

3.o Si Censura sit c.a Personam, l. Personas ignotas Eccl.æ praxi inductum est, ut monitiones fiant in Ecclesia festis diebus, quibus consuevit Populus ad Ecclesiam convenire Divinis assistendi causa: ut Populo, et delinquenti Personæ, si adsit, nota fiat monitio, l. si n. adsit, ad illius tandem notitiam deveniat. Possent v.o etiam extra Ecclesiam, ubi tamen Populi concursus adesset, fieri monitiones. Dico in Concursu Populi; nam fieri debet monitio præsentibus idoneis testibus, quibus, si casus, et necessitas id postularent, posset probari monitio. Sicut autem monitiones istæ fieri possunt diebus festis, causæ cognitio haberi n. potest die Deo dedicato: quamvis si ad ferendam censuram opus n. fuerit fieri tunc causæ cognitionem, valida est censura lata die festivo.

Deinde, si Censura ferenda sit c.a Communitatem cum distinctione respondendum est, quo

ad

No hay borrat [illegible]

: quambis si ad ferendam censuram opus n fuerit fieri tunc causae cognitio, valida sit censura lata die judicio.

Deinde si censura ferenda sit Communitati, ex distinctione respondendum est quoad modum faciendae monitionis: si namque sit censura excommunicatio, cum haec solum feriat delinquentibus, ferri ipsi delinquentibus debet singularis monitio. Si vero censura ferenda sit interdictum Communitati imponendum propter delictum unius personae Praesidis, vel Decani illius Communitatis, satis erit monitionem fieri unice isti personae, ut tali interdicto ligentur reliquae personae illius Communitatis.

3.tio Circa numerum monitionum, quae praecedere debent censuram, sive declarationem, et quae 3. debent esse aut formalis, aut virtualis: trina monitio erit formalis, sive canonica quando 3 monitiones distinctis temporibus et intervallis competentibus fiant, ut communiter fieri debent. Cum tamen aliquando causae gravitas, et necessitas urgent, postulantque judicium ad censuram procedere, sufficit ex juris dispositione unicam monitionem pro tribus fieri; ita tamen ut modum fiat delinquenti unicae monitionis pro tribus sufficere, et terminum peremptorium ea monitione designari.

5.to ut ex scripto mittatur Monitio, exprimatque censurae causam, et censurae speciem; n enim sufficit genus tantum censurae exprimi: ut reus recepto exemplum scriptum intra mensem tradat. Ac tandem, quod denuntiatio fiat. Ex dictis et observatis facile erit colligere, quaenam pertineant ad modum substantialem censurae, idest ad illius valorem: et quae spectent solum ad modum censurae accidentalem, sive ut licite fiat. Spectat ergo ad modum substantialem, et valorem censurae, quod vero subdito à vero superiore, et illius nomine intimetur monitio, ut pareat. Quod ad subditi notitiam devenerit sufficienter talis monitio. Ac etiam, quod sub censurae comminatione fiat monitio; eaque sit alicuius censurae determinatae. Sine his enim censurae valor stare n potest. Accidentalia vero est, quod sit trina, vel una pro tribus monitio: quod scripto

scripto tradat; q̄d si Reus postulet exemplar illi debet:
q̄d fiat cora͞ idoneis testibus; quibus n̄ servatis il-
licite procederet superior, seu Decanus et Ca͞ eam n̄ servantes
si in iure determinate pœna etiā suspensionis: valor
tamē censuræ n̄ impediret. ¶ Ex dictis colligitur n̄ solum
prædictas conditiones in censuræ valide, et licite ferenda
requiri; sed etiā formā censuræ debere cū externa. Et
conveniunt loquendo cū verba. Sunt tamē verba in-
quibus consistit censuræ forma, alij disiunctiva: ut qui-
hoc fecerit sit excommunicatus, vel suspensus. Et licet hac
disiunctiva forma dicant aliqui n̄ posse censuram compren-
dere, et ligare hominē. Dicendū est eam disiunctivā
formā sufficere, ut hæc censura liget. Cum enim
determinatio unius potius, quā alterius censuræ signate
per disiunctam relinquit iudici. Et si proponat censura sub
disiuncto, et ipso facto incurrenda, quicunque delinquens n̄ se ge-
rat ut suspensus, eo ipso intelligitur excommunicatus: ipse enim
suo facto sibi applicat, ac determinat unū extremum
disiuncti fugiens ab alio.

Aliquando fra censuræ fit per verba
conditionalia: utraque enim modo inveniuntur in iure
latæ censuræ, et de censura conditionali nulla ē difficultas
quā de illa, quæ fit per verba disiunctiva: purificata
namque conditione statim sequitur censura, et effectus
illius. Rogant hic communiter DD. Utrū ad essam
censuræ pertineat, q̄d illius fra sit verbalis determi
nare? Non eodem modo quæstioni respondent omnes.
Constat tamē inter eos, q̄d modo diximus, nempe censuræ
formā debere cū signis alijs externis. Deinde tenent
aliqui apud Palaū Suarez. hic disp. 13. sect. 2, censuram
ut valida sit, ferri debere verbis ore prolatis.
unde n̄ valide fert, inquiunt, alijs signis, aut nutibus:
Et proinde ferri n̄ potest ab homine muto. Dicen-
dum ē quæcunque signa externa ex se sufficere, ut va-
lide censura feratur, ut sc. voces, scriptura, et nutus;
dū modo illis sufficienter explicetur, et voluntas iudicis,
et species censuræ, ac determinatum delictum. Resolu-
tio communior facile pr. Nam, dū modo oppositum iure

n:

n. determinet: et à Suario firmabitur cum Paulo in=
fra de absolutione à Censura tractemus. Ita
sentiunt Suarez, et plures alij DD.

Quod autem sig=
no externo aliquo censura ferenda sit: et quibus
signis dignoscatur utrum censura sit latae sententiae,
vel ferendae? satis constat ex dictis à nobis in trac=
tatu de legibus, et supra insinuatis in divisio=
ne Censurae. Determinata verò fert unius potius quam
alterius censurae sufficienter exprimit verbis, aut
signis, quibus superior sufficienter explicaverit in=
tentionem efficacem privandi tali, vel tali spirituali
bono, tales, vel tales homines, ob hoc, aut illud de=
lictum. Ita enim in iure decretum est, et in censu=
ris a Judice ferendis servant dicta, quae maxime
praxi firmant. Peccaret enim superior, qui
Censuram verbo, et non scripto ferret sine causa.
Dixi sine causa, nam ut Bonacina, alijque theolo=
gi tenent.

Primo [?]. non obligant Episcopi dicta lege feren=
di censuram in scripto: non in capite illo, in quo
quod id fieri praecipit non, et Episcoporum munio ut juri de=
ceat uxoria pro[?] . . . nostra, et [?] sententiae. Secundo excusant
etiam inferiores judices, aut superiores à tradendo censuram in
scripto, quando causae necessitas, et casus urgentia id postulaverint.
Excusant tertio 3. superiores à peccato, qui ex inadvertentia
sententiam non ferrent in scripto. Licet enim in jure sint sta=
tutae poenae dicto non ferentibus sententiam in scripto, non tamen quo=
modocumque: id. Ita temerarius transgressores juris etiam
ferendi censuram in scripto: ut constat ex capite illo, cum medi=
cinalis, urgente verò causa, vel, intercedente inadvertentia, fer=
tur non dicitur judex temerarius transgressor legis ita de=
terminantis.

Excusant 4. aliqui Religiosorum praelatos ab
obligatione ferendi censuram in scripto, ex privilegijs quibus
fruuntur in Oeconomica gubernatione suis omnino dispo=
sitionem et magnam eorum expeditionem. Sic [?] alios opi=
natur Doctissimus noster Enriquez. Quem fortes autores se=
quuntur.

quitur non de quacumque censura, sed de illa quae per modum sententiae fertur praecedente causae cognitione; et de hac censura nulla erit difficultas, non vero de censura imposita per modum praecepti ad extorquendam veritatem. Cum tamen est juris ordinis, ac dispositionis comprehendere etiam &c. y sigue lo demas hasta el dia de s. Marcos, sancto simplex, y feria quinta comprehendere etiam religiosos praelatos, ni deobligent sine privilegiis, quo nos solitarii superiores gaudent. Et sic cum ad censuram ferendam devenient superiores quasi terminat patrimonius ordo; et incipit judicialis, qui servandus erit proinde. Sectio 5. Censurae effectus in communi: causae excusantes, et absolutio designantur.

Positis omnibus ad ferendam censuram causis, et conditionibus illius effectus poni necesse est; quemadmodum in naturalibus ponendus esset effectus necessario dicimus, quando semper ponitur adaequata causa, et conditiones, ablata quae sunt impedimenta. Similiter rite posita, et lata censura effectus suos sortietur sine dubio. Oportet autem inquirere, ac declarare, quinam sit, et cujus generis effectus isti. Sunt quidem alii censurae effectus intrinseci: omnis enim forma, sive physica, sive moralis effectum formalem habet se exhibendo subjecto, et cum illo componendo aliquod totum: alii sunt extrinseci censurae effectus. Effectus intrinsecus, sive formalis censurae erit reddere subjectum privatum spiritualibus quibusdam bonis, quemadmodum in censurae definitione exprimitur. Effectus extrinseci, sive

siue qui quasi effectiue causant à censura, alij &c.

Diuidunt extrins. et Censurę effectus in proximos, et remotos: quę diuisio non eodem modo à DDbus determinat, sicut diuisio supra dicta, diuisio declarat exemplo: excomunicatio v.g. ita priuat hominem suffragijs Eccl., ut ipsa orta statim incipiant non applicari suffragia tali homini: statim tollat ab eo jurisdictio, ita, ut si excomunicatus non sit toleratus, nulla sint, et proxus inualida ipsius acta, et sententiae; qui effectus, quoniam a censura causant positiue, et in ordine ad eos dicit excomunicationis semper secum trahere executionem juxta caput pastoralis de appellationibus; ideo dicunt effectus proximi, siue immediati censurę.

Priuat deinde Excom.º alijs bonis spiritualibus, et temporalibus illis annexis, v.g. Politica, fidelium comunicatione, et assistentia ad diuina officia. Hos tamen effectus, si attente perpendas, non efficaciter, et absolute causat Censura; solum enim efficaciter causat obligationem in homine, ut ipse se abstineat. Quare remoti effectus appellant: sicut à pluribus DDbus appellat remotus effectus, finis ille, quem obtinere intendit legislator in imponenda censura, nempe exterior rei furto ablatę restitutio, et interna animi resipiscentia. Ita dictus effectus ille sortiam juxta omnem axyoma: Quod prius est in intentione, est in executione postremus.

Circa hos effectus. Examen institui quęstio: Utrum DDbus possint impediri, et suspendi propter quasi primo producti sunt, eo quod exposita causa, et actus primi positus sit, quod ad censurę incursionem requirunt. Et quidem de effectu formali, siue intrinseco, et obligatione, quasi habituali abstinendi à bonis spiritualibus, et temporalibus illis annexis, non patiar eos effectus impediri: esset enim idem, ac esse formam, et non esse formam in subiecto. De extrinsecis autem R.º primo remotos effectus impediri posse ab ipso censurato, non sine culpa. Dicitur resolutio, quia, quod effectus remotus est finis, nempe resipiscentia, et correctio. Adimplentis: potest esse in sua obstinatia perseuerare: et potest ad sacramenta sicut indigne accedere; sic de alijs.

R.º 2.

R°. 2. effectus istos posse absolute impediri per dispensationem, et proinde sine peccato, potest Pontifex V.g. cum excommunicato dispensare, ut alijs sacramenta recipiat. Ratio est: quia ut supra diximus, censurarum in speciali institutio est de iure humano: ergo poterit institutor Pontifex V.c. Summus in illius obligatione dispensare. Ita omnino DD.s quos refert Covarrubias. Non tamen inferiores Praelati poterunt in eiusmodi obligatione dispensare; cum nullus sit titulus, ex quo eis videatur orta facultas dispensandi in iure communi, quod in viridi observantia semper fuit in Ecclesia.

Quaestio 2. est: Utrum censurae effectus suspendi possint alijs de causis? Affirmative respondent cum P. Suarez, et alij. Suspenditur enim 1.mo per recursum ad Pontificem, seu Superiorem iuxta cap.: Ad audientiam, et cap.: Dilecti filij de appellationibus. In appellatione tamen observandum est, 1.o quod censura est lata simpliciter, et absolute, sine ipso facto non datur locus appellationi, datur vero locus appellationibus; quando censura fertur sub comminatione, vel, ut infra mensem restituas, comparuit. Sat namque erit in eo casu infra mensem appellare, sive tacite, sive expresse. Expresse appellatur interponendo appellationem tacite, se remittendo Superiori: ut quando quis iter arripit ad illum.

Observandum 2. quod appellans debet habere causam sufficientem appellationis, id est, vel certo iustam, vel saltem probabilem, aut saltem ex bona fide. Si namque frivola sit causa non impediet censuram, neque appellationi dabit locum. Observandum 3. quod appellatio debet fieri in scripto. Observandum 4. appellationem non habere locum in causa fidei, nec in causis Regularium, quando ipsorum Regulae exigunt: ita communiter docent Theologi. 2. probabile est, censuram, eiusque effectus suspendi per consensum illius, in cuius favorem lata est, quamvis licet videatur per hoc fieri contra verba superioris; non tamen fit contra illius mentem: quod est, ut latro, vel debitor satisfaciat Domino, vel creditori. Unde, qui casu perdidit, vel furto mille aureos V.g. post impetratam, et promulgatam excommunicationem contra retinentes talem summam, potest effectus censurae suspendere;

Observandum

vel donando vl, l, quoquomodo libere remitendo, vel paciscendo cum latrone, l, debitore.

Post innumeratos censurarum effectus, augrunt causae ab illarum incursione excusantes, eas brebiter trado his regulis: 1a generalis, quod excusat a gravi culpa, excusat etiam ab incursione gravis censurae. Ratio est, quia ut in superioribus diximus, gravis adeo poena non cadit in subditos a gravi culpa liberos: esset enim improportionata, et proinde irrationalis, et iniusta poena. 2. etiam generalis. Nullitas censurae excusat ab illius incursione. Ratio est: quia non datur poena, ubi sufficiens causa non praecedit; quemadmodum in Physicis dari non potest effectus, ubi non imbenit sufficiens causa. Quoniam vero nullitas potest a multiplici capite provenire:

3a Regula sit: Censura iniusta ex eo quod in illa forma, quae a iure datur, non sit ordo substantialis, verbi gratia non detur probatio culpae, excusat. Non excusat vero, quod tantum violatus sit ordo accidentalis, dixi supra, quae ad substantialem, et quae ad accidentalem ordinem expectant. Quid, quid sit causa dubia sit, et iudex in favorem unius partis censuram tulerit? Censura est valida, et excusationem non admittere tenet cum multis Suarez. Mihi tamen cum sufficienti fundamento non videtur improbabile oppositum, sicut enim favet uni sententiae, et ius illius affirmat, illudque praeponderare facit; ex tamen alterius imbenire potest circumstantia aliqua possessionis verbi gratia bonae fidei, aut alterius generis: ac semper relicta probabile causa opposita patebit pro ac foro interiori (recurrens ad ius natale, quod sit de foro exteriori.

4. Regula: Ignorantia physica, et moralis, et gravis quidem. Excusat ab incurrenda censura, saltem in obedientia, quare, si quando aliquid sub excommunicatione tibi praecipit, verbi gratia restituere rem furto ablatam, eamque pro tunc non potest restituere, non comprehenderis tali censura: Et non solum verum est quando in potentia casu accidit, et non ex malitia; sed, etiam ex probabile quando in potentia inducta

fuit

fuit ex malitia; si tamen alleg.do postea possis rem praecepta praestare, v.g. furto ablata restituere, restituere teneris, v.g. totum, vel partem poenae solveris: alias incides in illam censuram, si nihil aliud ex officio Judicis desit.

5.ta Regula. Ignorantia invincibilis, sive juris, sive facti, excusat: ignorantia juris dicitur, quando ignoras dari legem [illegible], aut taliter prohibentem actionem aliquam, quam exerces: v.g. occidis clericum, ignoras tamen latam esse excommunicationem contra occisorem clerici: tunc habes ignorantiam juris. Ignorantia facti datur, quando scis dari legem sub excommunicatione aliquid prohibentem; si tamen determinas, utrum tua actio sit ex illis, quae tali lege, vel sine[?] prohibentur, v.g. sagittam jacis ut hominem interficias, ignoras tamen hominem illum esse clericum; talis ignorantia dicitur facti. Utrumque autem esto desumitur ex prima regula generali; [illegible]: quod [illegible] excusat a censura, quod excusat a peccato. Si autem ignorantia sit vincibilis, non adeo facile regula statuitur. [illegible] de [illegible] distinctione R.at Immunit. DD.s, si lex, inquiunt, habet clausulam exigentem scientiam in transgressore, v.g. si lex dicat: Si quis sciens, vel ausu temerario hoc fecerit, vel non habet lex similem clausulam. Si clausulam habeat respondent multi excusare a censura vincibilem ignorantiam, etiam crassam, imo, et affectatam, ut aliqui volunt. Si vero talis clausula non detur in lege excusabit a censura vincibilis ignorantia, non tamen si sit crassa; et nullo modo excusabit affectata.

6 Regula

Metus gravis v.g. excusat hominem ab incursione censurae: et ratio eadem est. Nam metus gravis excusat etiam culpa, reditque actionem involuntariam. Unde Christiani captivi invicti remigantes adversus Christianos excusant, et a culpa, et a poena censurae impositae in Bulla Coenae contra faventes, vel iuvantes Turcas adversus Christianos. Similiter, si clerico prohibitum sit sub excommunicatione deferre arma prohibita, excusat ab incursione censurae, si, ut se a mortis imminenti periculo defendat, tantum deferat arma.

Nulla

Ex his excusantibus interveniente causa censurae in currere necesse est:

est. Ad enim absolutionem non sat est, neque mors Authoris, neque poenitentia rei. Solum quod manet causa illa aufe=rens Absolutio. ut autem illa ~~[illegible]~~ rite det, debent supponi in auferente censuram conditiones ~~omnes~~ ipsae, quae in imponente generaliter requiruntur, et ex parte absolvendi debent conditiones concurrere, quae in incursu debent= requiri. Videlicet, quod auferens censuram habeat jurisdictio=nem, vel ordinariam, vel delegatam, ad quod requiritur, quod sit clericus saltem tonsuratus, ut sit capax jurisdictionis, qui censuram fuerit ablaturus. Dubitatur tamen: utrum in articulo mortis, possit a censuris absolvere hic laycus? Et licet probabilius sit, quod etiam verum existimo, non posse. Probabile tamen est in dicto articulo viginti Authores posse Laycum in eo articulo absolutionem a censuris impendere, propter ingentem utilitatem inde morituro emergentem videlicet sui suffragiis, et ecclesiastica sepultura.

Debet absoluturus a censuris in primis ~~notitiam~~ notitiam censurae habere: si namque vera non fiat poenae, ac delicti, revelatio nulla erit absolutio, neque intentionem ~~propriam~~ debitam habere poterit absolvendi. Debet 2. voluntarie tradi absolutio: nam si fuerit violenta, et per vim extorta, nulla erit absolutio: Et vim inferens incurret novam censuram ipso facto.

Ex parte absolvendi debent requiri non praeter communes conditiones ad incurrendam censuram requisitas, quod absolvendus satisfecerit parti; si namque non satisfacta parte detur absolutio, nulla erit. Hoc tamen intelligendum est, quando expresse ponit, et requirit satisfactionem, his, aut similibus verbis: absolvatur si parti satisfecerit.

Non tamen requiritur ad valorem absolutionis dimissus absolvendi. Sicut enim

imbiles

imbitus censuras incurrerit, et ignorans alteru[m]; ita potuerit, non solum ignorans, sed, renitens absolutioni absolvi valide, dum modo adhuc non sit contumax. Hac enim de causa, et timore justo non datur invito absolutio, ne videatur censuras contemni. Neque requiritur, quod absolvendus sit praesens, sed, absens potest absolvi: et probabile est effectum suum habere absolutionem antequam perveniat ad notitiam absoluti. Nec item postulatur, quod multiplici censura ligatus, multiplici absolutione donetur; sed, unica potest absolutione a censuris etiam diversi generis liberari.

Nec requiritur, quod praemittatur confessio sacramentalis ad optinendam absolutionem a censuris, nisi in privilegio dandi, vel recipiendi absolutionem, illa conditio expresse petatur. Ac demum, si quis ex oblivione omitat quis petere absolutionem etiam reservatam, idque accidat in sacramentali foro, dum modo talis penitens petierit generaliter absolutionem ab omni censura, quas incurrerit, manet absolutus regulariter etiam ab illa reservata.

Forma absolutionis non est ab Ecclesia statuta certis aliquibus terminis aut verbis: quare sufficiunt ad dandam absolutionem scriptum, et verba, quae sufficiant effectum, et intentionem absolvendi a censuris demonstrent in habente sufficientem iurisdictionem. Quae autem absolutio generaliter fiat in scriptis, et aliquo verbis, est ex communi determinatione, ut iam notavi, licet absolute fieri posset saltem a Summo Pontifice nutibus aut alijs signis. Dubium tamen est utrum voces istae: Te absolvo quin addantur aliae vel ab excommunicatione, vel censuris, sufficiant ad impertiendam a censuris absolutionem? Probabile est voces illas istis non additis sufficere posse. Itaque, et expedit absolutionem dari ad cautelam: vel quando dubium est de incursione censurae, vel ad maiorem etiam securitatem.

Potest denique dari absolutio, quae vocatur ad rei incidentiam: ut quando fiat alicui collatio Beneficij, ut intra determinatum tempus solvat aliquam quantitatem, vel parti satisfaciat: quod si non praestiterit intra praefixum terminum datur reincidentia in censura, a qua fuit absolutus.

— Finis. —





e Gratia Auxilianti et Censu

9